
C HYM

LAT IC













VERSANTUR HIS TRIBUS
Pharmacopœi Parisienses
Ex Dono Magistri
Ph: Nicolai PIA.
1765



Pia

CHEMIA RATIONALIS

Rationibus Philoſophicis, obſervationibus Medicis, debitis Doſibus, &c. illuſtrata,

Cum Indice Capitum, Medicamentorum, eorumque Doſium.

ACCEDIT

PRAXIS
Chymiatrica Rationalis,


DEMONSTRANS

Qua in re ſingularum partium conſiſtat operatio, per quam cauſam tollatur, & per quænam remedia (utpote Chymicalia vegetabilibus juſta methodo mixta) poſſit reſtitui.

Cum triplici I N D I C E. *uno* Capitum, *altero Remediorum, tertio Simplicium, ad calcem adjecto.*

Auctore P. T. Med. Doct.







LUGD. BATAV.

Apud JACOBUM MOCQUEE. Aº. 1687.

[illegible]



Typographus ad Lectorem.



UM casu quodam duorum manuscriptorum, quorum unum *Chemiæ Rationalis*, alterum verò *Praxis Chymiatricæ Rationalis* præ se ferebant nomen, ab ipso auctore *P.T. Med. Doct.* copia mihi facta esset; publico prodesse volens, & ipsis titulis aliquid eximii subesse suspicatus, operam me non perditurum credidi, si quibusdam viris doctis ea examinanda traderem, & dijudicanda, utrùm contineant aliquid, quod publica luce dignum sit (præsertim hoc seculo, quod adeo delicatum est, ut vix quicquam offerri possit, quod virorum doctorum cum fastidio non respuat palatum) an verò tanquam inutiles chartæ abjiciendæ essent. quem laborem cum hi viri docti libenter in se susceperint, & opusculis perlectis, unanimis consensu judicaverint, gratias publicas me meriturum, si ea quàm primum prælo subjicerem, & cum curiosis harum scientiarum cultoribus communicarem. quorum monitioni insistens, statim me operi accinxi, ne eos, qui *Chemiæ, & Medicinæ* studio se totos addixerunt, istis mediis, quæ ulteriori illius promotioni inservire queant, data opera frustrari viderer. ut autem lector in ipso limine, & de materia contenta, & de ordine, quo exhibetur, aliquo modo instruatur, sciat hic non solum doceri, quomodo particulæ rerum mixtarum à se invicem separentur, & separatæ iterum misceantur; verum etiam rationibus philosophicis demonstrari, quid in præcipuis processibus fieri oporteat, & quare quarumdam particularum tum separatione, tum conjunctione (siquidem naturam rerum mixta-

mixtarum, quam sæpissime, ex tanta particularum diversitate constituit *Summus universi opifex*, ut quædam illarum bonas in corpore nostro; quædam verò è contra pravas producant operationes) salutaria componantur medicamina: quæ quibus morbis, quibusque partibus curandis applicari possint, satis prolixè notatur.

Porrò in *Praxi* explicatur, in quo consistant salutares, & naturales singularum nostri corporis partium operationes; quidnam illas perseverare faciat, quidnamque eas abrumpat; quænam remedia, illas, à naturali operatione deflectentes, ad functiones suas naturales revocent: & cum naturalis constitutio nostrarum partium, modo non uno, corruptioni obnoxia sit, hic rationibus evincitur, quomodo quilibet morbus sui contrario curetur. uno verbo, hic docetur, quomodo medicamenta, quorum compositionem ex *Chemia* hausimus, non modò singula, sed præcipue aliis immixta, in commune possint converti commodum, nam juxta varias partium nostri corporis constitutiones, uni hæc (ad recuperandam sanitatem) alteri alia deest particularum species; & quia partes nostræ non eodem semper modo afficiuntur, eodem etiam medicamento illas sanitati restituere impossibile est: quæ omnia in hoc tractatu satis fusè & prolixè discutiuntur, ut longiùs illis hic inhærere superfluum ducam: non enim is noster est scopus, ut huic operi multis argumentis commendationem fœneremur, quod se ipsum iis, in quorum incidit manus, satis probaturum esse confidimus. breviter solummodo indicare voluimus, quænam in illo contineantur.

Quocirca benigne lector, accipe hoc nostri laboris specimen eo, quo tibi affertur, animo; & in tuum commodum utere, fruere, cum fiduciâ te tales inde collecturum fructus, qui te à laboris, & sumptûs pœnitentia omninò præstent liberum. vale.

CHE-



CHEMIÆ RATIONALIS.

Caput I.

De Tincturis, ſeu Elixiriis ex vegetabilium Regno extrahendis.

æc ut fœlicitèr elaborentur, & ex voto ſuccedant Artificis conatus, in anteceſſum perpendat Philoſophus Chemicus, corpora, ſeu ſubjecta, ex quibus interiores dotes, virtutes, vel eſſentias deſiderat, eſſe mixta, ex diverſis partibus conflata, quarum quædam, per analyſin chemicam, ſe oſtendunt, ſub formâ particularum ramoſarum & hamoſarum flexibilium, motubus variis inter ſe reptantium, id eſt olei: quædam prodeunt, ſub figurâ partium teretium, rigidarum, angulis acutis conſtantium, & pro ratione tenuitatis, vel craſſitiei, vocantur ſales volatiles, vel fixi: accedunt aliæ quædam flexiles, teretes oblongæ, anguillarum inſtar repentes, nullis hamis, ſeu ramis lateralibus inſtructæ, & phlegmatis ſeu aquæ nomine veniunt: tandem ſe offerunt corpora quædam irregularium valdé figurarum, craſſa, ſolida, ad motum ſuſcipiendum tarda, & à Chemicis, ſub titulo terræ damnatæ, ſeu capitis mortui, deſcribi ſolent.

Corpora ex diverſis particulis eſſe conflata,

Hæ diverſæ corporum naturalium ſpecies, cùm variis modis uniuntur, & certo quodam ordine, ſitu, & mixturâ coëunt, varias corporum naturalium formas conſtituunt, in quorum fabricâ, adeò prudens fuit provida Natura, ut ad eorundem conſervationem, partes (quæ ad motum ſuſcipiendum valde ſunt promptæ, & facilè auſcultant mótui ætheris, poros corporum continuò permëantis) ità arctè occluſerit & immiſcuerit vinculis partium craſ-

Diverſitas corporum unde & quare ſubtiliora craſſioribus ſint incluſa.

craſſiorum, ut ex illorum nexubus & amplexubus, difficultèr extricari, & ex horum quaſi carceribus, in libertatem vindicari, queant.

Corpora quàmdiu in ſuo eſſe manent.

Quàm diù itaque talis manet corporum Naturalium ſtatus, in quo partes tenues oleoſæ, & ſalinæ volatiles, craſſiorum (ſalis ſcil. fixi & terræ) vinculis jacent incluſæ, & ſervant iſtum ordinem, ſitum, ac mixturam, ad quæ, in primâ ſuâ confirmatione, erant deſtinata, corpora manent in ſuo eſſe, vivunt, & repræſentant illud ens, ad quod delineandum, ipſa determinaverat ſummus Artifex.

Interitus, &,

Verùm, ſi intercedente fermentatione ſpontaneâ, vel artificiali, (hoc eſt, motu partium minimarum inteſtino, quaquaverſùm in omnes partes) vel per ſummum deſtructorem (ignem ſcil. actualem) partes illæ, quæ antea, certo quodam ordine, & mixturâ inter ſe concreverant, diſſolvantur, itâ ut principia magis activa, vinculis terreis & ſalinis extricata, ſuiquè juris facta, ſeceſſum faciant à reliquis, corpus putreſcit, & tendit ad ſuum interitum, moriturquè totalitèr, cùm non tantùm oleum & ſal volatile (tanquam principia magis activa) in auras avolant, ſed ubi poſtmodum, ſales & olea craſſiora, per continuatas fermentationes, attenuata, unà cum phlegmate, fugam capeſſunt, relictis poſt ſe aridis cineribus, terrâ damnatâ ſeu capite mortuo; in quem ſtatum corpora naturalia, dum rediguntur, non poſſunt amplius repræſentare illud ens, cujus formam deſcribebant antè.

Generatio corporum in quo conſiſtat.

Prout autem partes avolantes & ſeceſſum facientes, cùm aliis de novo concreſcunt, & certo quodam ordine, ac mixturâ coëunt, nova formant entia, undè eluceſcit veritas affati philoſophici, *corruptionem ſcil: unius eſſe generationem alterius.*

Corpora ratione pororum, figuræ, tenuitatis & craſſitiei, vel ſe mutuò amplectuntur.

Ex hiſce meditationibus, facilè colliget Chemicus, quid ipſi faciendum incumbat, ut dotes & virtutes, quæ Tincturarum, & Elixirium nomine penes Chemicos veniunt, ex vegetabilium familiâ, ſecundum rationem, elaborare valeat, ipſa enim quaſi ratio clamat, horum vincula eſſe reſeranda, diſſolvenda, ut principia illorum magis activa (oleum ſcil. & ſal volatile) quæ anteà, inter nexus & amplexus partium craſſiorum, otiosè quieſcebant; diffractis repagulis, in actum educantur, in libertatem reſtituantur, & ſui juris fiant, quæ ſeceſſum ab ignobilioribus terreis, & phleg-

& phlegmaticis, facientia, poſtmodum ſe, cum menſtruis, ſeu liquoribus, ipſis analogis, facile permiſceri, & amicabili unione aſſociari, patiuntur, quæ enim eaſdem præpter propter in poris ſuis admittunt ignis cœleſtis particulas, & ſimilium ſunt figurarum, tenuitatis & craſſitiei, ac ejuſdem ferè habitudinis ad motum ſuſcipiendum, illa conjuncta manent, & uniformi auſcultant ætheris motui.

Quæ verò propter porum diverſitatem, figurarum, & molis diſcrepantiam, multùm differunt, hæc ſanè motubus, materiæ primi elementi, diverſis agitata, & in ſe mutuo impingentia, à ſe invicèm debere recedere, neceſſum eſt: uti hoc ad oculum patet in liquoribus fermentantibus, in quibus partes tenuiores, ſubtiliores, ad motum ſuſcipiendum valde habiles, propelluntur verſus ſuperiora, & in ſuperficie apparent ſub formâ florum. Partes verò, quæ propter craſſitiem, & irregulares ſuas figuras, tàm celerè circumagitari, & ad ſuperiora evehi nequeunt, ad latera vaſorum amandantur, vel ſub formâ fœcum, ad fundum deprimuntur, hærentibus in medio illis partibus, quæ uniformi ætheris motu concuti & circum agitari valent. *Vel à ſe invicèm recedunt.*

Qua ratione, & quibus modis, hæc vegetabilium ſolutio, mechanicè, per ſales & ignem, tentetur, & perficiatur, ut illorum ſales & olea volatilia cum ſpiritibus ardentibus dephegmatis ritè uniantur, tincturaſque & elixiria deſcribant, hujus loci, & temporis eſſe, putavi. *Præparatio tincturarum generalis ex omnibus iis, quæ ſunt ſulphureæ, & ſalinæ volatilis naturæ.*

℞. *Radicum*,
Lignorum,
Corticum,
Herbarum,
Florum vel ſimilium q. p. ſcindantur vel contundantur pro ratione ſubjecti, his affunde.

Ol. tartari per deliquium.

Donec ſpecies undiquaque humectatæ vel irroratæ ſunt, cavendo tibi, ne menſtruum tuum deficiat, vel ſuperabundat & ſuper natet ſpeciebus. in priori enim caſu harum ſpecierum, ſolutio non introduceretur: in altero vero caſu, phlegma ſuperfluum tincturam tuam redderet turbidam.

Digerantur per 24. horas calore moderato in arena; (ita enim ſales

ſales tartari alkaliſi per ignem excitati ad motum, undiquaque impingunt in prædictas ſpecies, & acutiæ ſuorum angulorum ad intima penetrant, prædictaſque ſpecies ad fermentationem diſponunt, hoc eſt, compagem, mixturam & texturam partium reſolvunt: ita ut poſtmodum menſtruo cum particulis extrahendis ſulphureis aut ſalinis detur aditus ad intima. quamdiu enim corpora naturalia obſervant iſtum ordinem partium, ad quem à naturâ erant deſtinata, principia corporum naturalium activa tam firmiter ſuis vinculis jacent incluſa, ut mediante ſolo menſtruo, ſpiritus vini ſuis vinculis exſtricare queant, quapropter ipſa ratio & experientia docet, fermentationem quandam, mediantibus ſalibus, eſſe præmittendam, ut ſpiritui vini detur ad interiora acceſſus. Digeſtione per 24. horas peractâ, affundatur ſpeciebus tuis

Alcohol vini,

Ad eminentiam trium vel quatuor digitorum transverſorum, ſtent itidem in digeſtione per 24. horas, ſæpius vitro commovendo, (ita enim principia activa prædictorum per ſalem tartari reſoluta, & fugam adornantia, ſeceſſumque à ſua terra & phlegma excipiuntur ab alcohol vini, & intimè cum ſulphure & ſale volatili vini uniuntur) & deſcribunt tincturas, elixiria, & quintas eſſentias deſeratas.

Hæc eſt univerſalis methodus extrahendi ex vegetabili & animali regno tincturas quaſvis (de mineralibus ſequitur) hâcque ratione præparetur *elixir paracelſi*, *tinctura ſuccini*, *aromatum* & aliorum.

Nota generalis ſuper omnes tincturas fœtentes & graveolentes.

Nota primò. Quò diutius in digeſtione retinentur leni, eò gratiores fiunt; quoniam calore leni particulæ magis uniuntur, & tanquam ſtatum maturitatis acquirunt.

Sic *elixir propriet.* multò majoris energiæ erit, & gratioris odoris & ſaporis, ſi per menſem unum digeratur, quam ſi per diem tantùm unum, vel alterum, digeſtioni expoſitum fuerit.

Idem de eſſentiâ, ſeu tincturâ Caſtorei, & omnibus eſſentiis ſulphureis, cujuſcunque regni, intelligendum eſt.

Nota ſecundò. omnia mineralia, quæ extractioni ſubjiciuntur, vel menſtruum requirunt oleoſum, vel ſalino-acidum, ſi plenariè diſſolvi debent. in menſtruis vero ſpirituoſis ſubtilioribus tincturam quidem ſuam communicant, verum in exiguâ ſatis quantitate.

Sic

Sic *tinctura sulphuris* mediante *sp. vini* extracta, valde paucas sulphuris particulas obtinet, utut tincturam præbeat satis intensam.

Signum verò perfectionis omnium tincturarum est, si in omni liquore, sine omni alteratione vel præcipitatione, perstent. ad hunc perfectionis gradum solâ digestione, & salibus mediantibus alcalicis, pervenitur; rarissime vero ante secundam, tertiam, quartamve septimanam.

Ea vero, quæ primo cum oleosis subtilissimis extracta sunt, v. gr. cum oleo terebinthinæ, facilius sese accommodant menstruis spirituosis, & intimius illis cohærent. cæteræ vero efficacissimæ sæpius particulæ, quæ cum menstruo non satis idoneo extrahuntur, cum fæcibus objiciuntur. sic in tinctura sulphuris chrystalli concrescunt, temporis tractu, quæ maximas edunt vires in pulmonis affectibus; sequuntur jam particulares quorundam elixiriorum descriptiones & præparationes.

ARTICULUS I.

Elixir Anodynum.

Elixir anodinum.

℞. *Vitriol. lento modo ad albedin. calcinat.*
vel in sole vel in furno, ℔j.
Nucis moscat.
Croci an. ℥ij.
Camphor. ℥iv.
Superfundatur iis,
Sp. vini optimi ℔v.

Digerantur simul per dies tres, quatuorve. dein destillentur ad medias. fæces evaporentur leni igne ad siccitatem, & sp. destillatus fæcibus denuò superfundatur. destilletur ut ante, donec pinta Circiter una supersit.

℞. *Hujus sp. rectificati*, ℔j.
Opii præparati cum aq. destillatâ,
& ad consistent. extracti evaporati, ℥j.
Croci optim. ℥ß.
Nucis moscat.
Lign. aloës,

Cinnamom. an. ʒvj.
Camphoræ, ʒij.
Santal. citrin. ℥j. Misce.

Digerantur simul, quò diutius, eò melius: ad minimum per duos dies.

Nota bene. NB. Cum sp. vini vulgari rectificato super sale alcali, sine destillatione, idem fieri potest.

Vires. *Vires*. Anodynum est, & dolores quoscumque mitigans: somnum leniter inducit: hilares reddit: in febribus, & morbis acutis, optime conveniens. insuper effervescentiam sanguinis nimiam sedat, si cum vitriolo factum sit, ut superius. si vero cum sale alcali (ut in generali methodo dictum sit) simul etiam menses movet, aperit, & sudores movet. plerumque etiam permiscetur sudoriferis. Sic sudorifera multò meliùs, & facilius, operationes suas efficiunt.

Dosis. *Dosis*. à guttis iij. ad xx. imo ad ʒß.

Articulus II.

Elixir antivenereum.

Elixir Antivenereum.

Balsamum de Copayba est specificum in gonorrhæa, cui summopere prodest, & lui venereæ. nephriticos dolores summopere mitigat. inde fit essentia in iisdem affectibus admirabilis.

℞. *Sp. vini in subtiliss. alcohol redacti*, ʒv.
Gummi guajaci veri, ʒij.
Ol. lign. sassafras recentis, ʒß.
Balsam. copayb. ℥j.
Sale tartari paucum.

Digerantur simul per horas xxiv., & habebis *elixir antivenereum* egregium. potest etiam per ol. tartari per deliquium, ut in generali methodo, præparari.

Vires. *Vires*. Sudores summopere pellit. convenit in omnibus morbis per sudores curabilibus.

Dosis. *Dosis*. à guttis iij. ad ℈j. in convenienti liquore, v. gr. in decocto guajaci in luë venereâ.

ARTICULUS III.

Elixir Camphoræ.

℞. *Camphoræ*, ℥ß. *Elixir camphoræ.*
Sp. vini rectificatiss. ℥iij. *vel* iv.
Sal. tartari, ʒij.
Ol. gariophyllorum gutt. vj.
anisi gutt. x. Misce.

Deinde destilletur ad siccitatem usque. spiritum destillatum fæcibus reaffunde, & denuò destilla. spiritus prolectus tingatur cum *Croci* ʒj. & ad usum servetur.

NB. Spiritus vini optime sit rectificatus, ut immediatè camphoram in poris suis recipere possit. porro, quò sæpius repetitur cohobatio, eò magis camphora volatilizatur, & elixir penetrantius redditur. *Nota bene.*

Vires. Diaphoreticum est, & anodynum in pleribus morbis, tam frigidis, quam calidis, optimo cum successu usurpatur. sudorifera omnia promovet. externè in omnibus *affectibus frigidis* summopere convenit. *Cephalalgiæ*, *odontalgiæ*, *aurium doloribus*, *vertigini*, ad miraculum usque medetur. videlicet, si guttæ ejus aliquot in duplâ quantitate *aquæ majoranæ*, vel *lavendulæ*, misceantur, & per nares attrahentur. *Vires.*

Dosis. Internè à guttis ij. ad guttas viij. *Dosis.*

Processus secundus.

℞. *Sp. vini subtiliss. ex frumento parati*, *Elixir camphoræ seu sp. camphoratus.*
(quoniam est magis anodinum) ℥xij.
Camphoræ, ℥iij.
Sal. tartari optime calcinati, ℥ij. Misce.

Destillentur simul per balneum mariæ. spiritum destillatum denuò camphoræ relictæ affunde, & denuò destilla, idque repete septies. spiritum ultimò prolectum usui serva.

Vires. Stupendas edit operationes in *odontalgia*, *cephalalgia*, *paralysi*, *apoplexia*, *arthritide vaga*, *podagrâ* & ad omnes affectus frigidos. *Vires.*

Lini-

Linimentum in apoplexia paralysi, &c.

Linimentum sequens inde fit.

℞. *Saporis venet.* ℥ij.
Ol. castor. still. ʒj.
lumbricor. terrestr. ʒij.
Sp. camphorat. prædict. ʒiij.
Misce simul ad consistentiam linimenti.

Si adhuc magis penetrans desideratur, addatur *Sp. salis ammoniaci* ʒj. *vel* ij., fiat linimentum in *paralysi*, *apoplexia*, *&c.*

Mixtura in capitis dolore.

Mixtura in Capitis affectibus fiat inde sequens.

℞. *Spir. vin. super herbas, cephalicas destill.* ℥j.
Sp. camphorat. prædict. ʒj.
Aq. Rorismarini, ℥iij.
Misce, fiat mixtura.

Hauriatur ejus guttæ aliquot per nares, & ex tempore cessabit dolor capitis, vel dentium.

Nota. NB. Aqua rorismarini mitigat cætera: ejus ergo vis augetur, vel minuitur, pro majori, vel minori aq. rorismarini dosi.

ARTICULUS IV.

Elixir Menstruale, seu uterinum.

Elixir menstruale seu uterinum.

℞. *Herb. rorismarini,*
rutæ,
sabinæ, ana m. ij.
lavendulæ,
majoranæ,
pulegii,
matricariæ, an. m. j.
Rad. cyperi rotund.,
levistici, an. ℥ß.
Lign. sassafras,
Cort. arantior. an. ℥j.

Sem.

Sem. dauci,
levistici,
anisi, an. ℨvj.
Cinnamomi, ℨij.
Sp. vini gallici pint. iv. Misce.

Concisa, & contusa, macerentur per XXIV. horas: deinde destillentur ad medias. spiritum prolectum misce cum ana sp. vini Gallici recentis, & super easdem herbas rectifica, eandem operationem adhuc semel repetendo, dein:

℞. *Limaturæ martis*, ℔. j.
Crem. tartari, ℔. j. ß.
Aq. communis, ℔. viij.

Misce, coque simul, donec colore rubro liquor tinctus fit. liquorem filtra, & ad consistentiam syrupi evapora, & usui serva.

Primò:
℞. *Sp. superioris part. tertiam,*
Croci optimi ℥ß.
Misce, extrahatur ejus tinctura,

Secundò: ℞. *Sp. superioris alteram tert. partem,*
Rad. cyperi rotund. odor. ℥iß.
Misce, extrahatur tinctura.

Tertiò: ℞, *Sp. superioris reliquam tert. partem,*
Extracti martis inspissat. q. s.
Misce, extrahatur tinctura.

Tincturas omnes confusas simul usui serva.

Dosis & Vires.

Dosis. à ℨß. ad ℨ. ij. in omnibus uteri affectibus, fœtu pellendo, secundinis, &c.

ARTICULUS V.
Elixir proprietatis paracelsi.

Elixir prop. parac cum sale alcali paratum.

℞. *Croci optim. britann.*
Myrrhæ electæ,
Aloës socotrinæ ana q. p.

Conterenda conterantur, & conscindenda conscindantur, & præparetur, ut in methodo generali dictum sit, nempe, hisce inter sese mixtis affunde salis tartari, in cellâ resoluti,

ti, q. s. ad sufficientem irrorationem, ut massa referat ad pultis crassitiem. digerantur simul in balneo tepido per XXIV. horas. affunde massæ tuæ fermentatæ alcohol vini ad eminentiam trium, vel quatuor, digitorum transversorum. stent in digestione, ut supra, quandoque phialam agitando. ita enim imprægnabitur alcohol vini subtiliori, & tenuiori sulphure & sale volatili prædictarum specierum, & intensè instar sanguinis rubescet. quam à fœcibus leniter decanta. hanc tincturam, si quis magis elaboratam velit, circulet in pelicano per quatuordecim dies.

Vires.

Vires. Elixir hoc, ita dextrè elaboratum, stomachicum, & cardiacum est nobile, balsamum nostri sanguinis egregiè conservans, vel restituens. exhibetur in obstructionibus mensium; in passionibus hypochondriacis: in pallore virginis: in scorbuto, præsertim in acri, & austero fermento oriundo. exhibetur insuper in febribus malignis, peste, &c.

Dosis.

Dosis. à gutt. xij. ad xxx. in vino, aliisque vehiculis convenientibus.

Elixir prop. paracelsi nobilitatum cum sal. vol. oleoso

Nota. Quod si elixir hoc nobilitetur cum pauxillo salis volatilis oleosi, potentius, & citius, operetur, ut:

℞. *Elixir. præcedent. ut supra, parat.* ℥j.
Sal. vol. oleosi ʒj. *vel* ʒij.

Digerantur simul per XXIV. horas lenissimâ digestione. quibus absolutis, sal volatile sese arctius conjunget, permiscebitque oleosis, & balsamicis, elixiris partibus.

Dosis.

Dosis. à gutt. viij. ad xx.

Processus secundus.

prop. parac. cum acido paratum.

℞. *Croci optimi britan.*
Aloës socotrin.
Myrrhæ electæ, an. ℥ß.

Myrrha, & aloë terantur subtilissimè; crocus verò relinquatur integer, hisce in vitro oblongo inter sese mixtis affunde (locô salis tartari, in cella resoluti) sp. sulphuris p. camp. seu sp. vitrioli ℥ß., vel ad sufficientem irrorationem. digere per XXIV. horas; tum adde alcohol vini ad eminentiam trium digitorum transversorum. stent in digestione per d. n. XIV. tum decanta, & fœci-

fœcibus reaffunde novum alcohol vini q. s. digere iterum per d. & n. viij. tum decanta tincturam, & conjunge cum priori. &, post quietem aliquot dierum, iterum decanta à fœcibus, quas forte deposuerit ad fundum & habebis tincturam nigerrimam serva usui. hæc enim est elixir (sive alexiterium) proprietatis paracelsi.

Vires. Est Medicamentum universale quibusvis morbis, omni ætati, & sexui conveniens. leniter purgat per alvum: confortat stomachum, movet sudorem: præservat à putredine. *Vires.*

Dosis. Minima est à gutt. viij. ad xx, maxima ad ʒij. & tùm satis valide purgat per alvum, estque specificum in tertiana, quam radicius tollit. *Dosis.*

ARTICULUS VI.
Elixir Vitæ.

℞. *Rosar. recent. sale condit*, ℔j.
Sp. vini optim. ℔iiß.

Stent in digestione simul per dies & noctes duas. & lenissimo igne instituatur destillatio. in rostro autem alembici collocato:

Ambræ gris. ʒß.
Moschi orient. ℈ß.

In recipiente vero reponito:

Lign. Aloës opt. ℥ß.
Flaved. cort. arantior. ℥ß.
cort. limon. ℥iß.

His adde *Ol. cinnamom. veri*, ʒiß.

Digerantur simul per duos, tresve, dies. ita paratum habebis hoc elixir cardiacum maximarum virium, antidotum egregium in morbis ex frigore oriundis. quòd si sapori etiam grato consulere volueris, edulcora hoc elixir cum *syrupo flavedin. cort. limon.* *Vires.*

Dosis. à ℈j. ad ʒj. in haustu vini.

ARTICULUS VII.
Essentia Alexipharmaca, & Bezoartica.

Essentia alexipharmaca & bezoartica.

℞. *Rad. valerian.*
petasitid.

angelic.
imperàtor. an. ℥j.
Herb. ſcord.
menth.
rutæ an. mj.
Sem. leviſtic.
cumin.
aniſ. an. ʒij.
Cardamom. min.
Cubebar. an. ℥ß.
Gariophyllor.
Nucis moſcat. an. ℥j.
Sp. vini vulg. ℔v.

Digerantur ſimul cum ſ. q. *ſalis alcali* ℥j. vel ij. per dies duos ad minimum. deinde duæ tertiæ partes abſtrahuntur. in ſpiritu prolecto denuò infunde :

Lign. ſaſſafras,
Cort. arantior.
citrior. an. ℥iij.

Digerantur per 24. horas, & deſtilletur ad medias. cum ſpiritu hoc extrahe tincturam ex

Rad. contrayerv. ℥ij.
Rad. angel.
imperator.
valerian.
petaſitid. an. ʒvj.
Croci, ℥j.
Myrrh.
Reſin. guajac. an. ℥ß.
Sal. tartar. intenſiſſimo igne calcinati, vel
Scorior. antim. per hor. j. *calcinator.*
fortiſſimo igne, ℥ij.

Digerantur ſimul in balneo mariæ ; quò diutius, eò melius.

Nota. *Nota.* Si pro febribus intermittentibus etiam expetatur, in extractione *Cort. chin. chin.* ℥ij. addere convenit.

Vires. *Vires.* Incomparabilis eſt hæc eſſentia ad pleroſque morbos, & febres malignas, quas omnes radicitiùs tollit : venenis præſenta-

ſentaneum eſt remedium : variolas citiſſime curat, plerumque convenit in ſtatu morbi.

Doſis. à guttis iij. ad ℈ij. ubi ſudores in magnâ copiâ expellendi ſunt. peſtem fere infallibiliter curat : convenit omni ſexui & ætati. *Doſis.*

ARTICULUS VIII.

Eſſentia Anodina ex Opio.

Eſſentia anodina.

℞. *Opii*, ℥j.
Sal. tartari, ℥ij.
Hiſce ſuperfunde.
Sp. vin. gallic. ℥viij.

Digerantur ſimul per dies tres. dein tinctura clara ad uſum ſervetur.

Vires. Anodynum, & ſudoriferum eſt, febribus, & vigiliis conducens. inde fit *eſſentia anodyna*, ſi huic tincturæ addantur *Crocus*, *myrrha*, & *gariophylli*, denuoque digerantur per tres, vel quatuor dies. commodiſſime in mixturis permiſcetur loco laudani opiati. *Vires.*

Doſis. à guttis ij. ad viij. *Doſis.*

Nota. Inde fit eſſentia debilior, ſi *hujus tincturæ*, ℥j. *Sp. vin.* ℥xvj. permiſceantur. *Nota.*

Doſis. ad cochl. j. *Doſis.*

ARTICULUS IX.

Eſſentia Anti-hyſterica.

Eſſentia anti-hyſterica.

℞. *Caſtor' optim.*
Aſæ fœtidæ an. ℥ß.
Ol. ſuccini, ʒj.
rutæ, ℈j.
ſabinæ, ʒß.
Camphoræ, ℈j.
Sp. vini ſuper alcali opt. rectif. ℥. x.

Digerantur leniter ſimul. dein deſtillentur. fæcibus reaffunde ſpiritum abſtractum addendo ℥ij. *Sp. C. C.* cum ſale volatili permixti, deſtilla denuo ad medias. ſp. deſtillatus uſui ſervetur.

Vires. *Vires.* Summum est anti-hystericum, anta-paralyticum, & anti-epilepticum: sudores egregiè movet in peste, apoplexia, febribus malignis,: podagricos dolores discutit: fætum expellit.

Dosis. *Dosis.* A guttis iij. ad ʒß.

Articulus X.

Essentia Asthmatica.

Essentia asthmatica.

℞. *Mellis optim.*
Rad. liquiritiæ aa ℥iv.
Flor. benzoin.
Opii præparati aa. ʒi.
Camphoræ ℈ij.
Ol. anisi. ʒß.
Sal. tartari ℥i.
Sp. vini rectissimi q. s. ad supereminentiam aliquot digit. digerantur simul per aliquot dies. dein tinctura filtretur, & usui reservetur, addendo ad singulas essentiæ uncias *croci* ʒj.

Vires. *Vires.* Omnibus pectoris, & pulmonum, vitiis succurrit: dolores lenit: faucium asperitatem tollit: tussi inveteratæ medetur: humores acres, & subtiles magis incrassat, & acredinem eorumdem mitigat.

Dosis. *Dosis.* à guttis x. ad ℈ij.

Articulus XI.

Essentia benzoin.

Essentia benzoin.

℞. *Florum benzoin*, ʒij.
Styrac. calam. opt. ʒj.
Ol. lign. rhodii, vel.
jasmin. illius gutt. ij. hujus iv.
Zibeth gr. ij.

Misce invicem *Zibeth* & *Styrac.* unà cum *olio ligni rhod.* dein Phialæ immittantur, superponendo *flores benzoin.* & digerantur per dies duos, cum *sp vini rectificat.* q. s. dein clarum à spisso decantetur, & usui servetur.

Virtutes. *Virtutes.* Egregium existit odoriferum; unde omnes vestes

eo

eo fumigari possunt, ut chirothecæ, linteana, &c. in quem finem mixtura fit.

℞. *Tincturæ hujus gutt.* XL.
Aq. rosac. vel alicujus odorifer. ℥j.

Hoc liquore imbuantur quæcumque perfumiganda. dein lentè siccentur in umbra.

Cosmeticum insuper externum est, sicutis è mixtura lavetur. omnes insuper inflammationes externas tollit: præcipuè si guttæ aliquot *elixiris camphoræ* addantur huic tincturæ. internè asthmati hæc succurrit & pectoris vitiis. præcipuè si ulterius præparetur, ut dabimus in asthmatica.

Processus alter.

℞. *Sp. vini rectificatiss.* ℥j. *Essentia benzoin.*

Dissolve in eo sufficientem quantitatem *Florum benzoin*, & erit parata essentia.

Usus. Egregium est pectorale, & asthmati, & tussi medetur. *Usus.*

vel ℞. *Sp. vini rectificatiss.* ℥iij. vel iv.
Benzoin subtilissimè pulveris. ℥j.
Ol. ling. rhod. gutt. vj.

Misce, & digerantur simul donec rubicundo calore tingatur sp. vini.

Usus. ℞. *Hujus guttas aliquot*, *aq. rosarum* ℥j. vel ij. Pro libitu, ut instar lactis evadat. convenit in maculis faciei, rubedine oculorum, & omnibus in genere inflammationibus externis. internè miscetur essentia cum *syrupo tussilaginis*, vel *hyssopi*, & asthmaticis propinatur. *Usus.*

Processus tertius.

℞. *Sp. vini rectificatiss.* ℥ij. *Essentia benzoin.*
Florum benzoin, ʒiß.
Styrac. calam. ʒß.
Ol. ligni rhod. gutt. vj.
Moschi gr. iij.
Zibeth gr. ij.

Misce,

Misce, digerantur simul per horas 24. deinde clara à fæcibus separentur.

Nota. *Nota.* Si parum *salis tartari* ei ante digestionem immisceatur, tantò fælicius tincturam extrahes. ex hac vero essentiâ parantur aquæ fragrantissimæ, & lac virginale dictum, ad cutem dealbandam.

ARTICULUS XII.

Tinctura Florum Benzoin.

Florum benzoin præparatio. ℞. *Benzoin q. v.*

Mitte ollæ rotundæ chartâ duplici munitæ, convolutâ in modum manicæ Hippocratis. indatur postea igni lento, & flores nivei adscendent, qui sæpiùs colligatur.

Vires. *Vires.* Proficuum est ad asthma, & omnes pulmonum & thoracis affectus.

Dosis. *Dosis.* à ℈ß. ad ℈j.

Tinctura benzoin. ℞. *Horum flor. benzoin*, ʒij.

Sp. vini super carminativis bis destill. ℥j.

Misce, fiat digestio, lentissimò igne, in phialâ oblongâ, donec flavo colore tingatur.

Vires. *Vires.* Multò majores possidet vires, quàm flores benzoin simplices. insuper flatus discutit: medetur tussi inveteratæ; anhelitum difficilem curat: & dolores colicos.

Dosis. *Dosis.* à guttis iv. ad xx.

ARTICULUS XIII.

Tinctura Castorei.

Tinctura castorei. ℞. *Castorei*, ℥j.

Conscindantur castoreum, & ex eo, generali methodo extrahito tincturam cum sale tartari alcalico, vel

Sal tartari, ʒij.

Alcohol vini, ℥iij.

Digerantur simul per tres dies, donec rubicundo colore spiritus tingatur. spiritum tinctum à fæcibus effunde. deinde parumper subsideat per horas iij. vel iv. ut omnes fæces deponere possit; deinde tinctura clara effundatur, & in usum servetur.

Vires,

Vires. Uterinum est, & antihystericum: paralysi, & apoplexiæ medetur. multò efficacior evadet, si ad unciam singulam drachma ùna *spiritus salis ammoniaci* permisceatur. Podagricis doloribus succurrit, si ad singulam unciam tincturæ drachmæ iij. *sp. salis ammoniaci*, *camphoræ* ℈j. permisceatur, & loco affecto sub linteo applicetur. *Vires.*

Dosis. Tincturæ à guttis IV. ad XXX. *Dosis.*

Articulus XIV.

Tinctura Cinnamomi.

℞. *Cinnamomi acuti*, *grosso modo*, *pulverisati* ℥j. *Tinctura cinnamomi.*
Ei in phiala oblonga contento affundatur *sp. vini rectificati*. q. s. id est, ad aliquot digitorum transversorum supereminentiam. reponatur phiala in digestionem per dies, & noctes octo. tum leniter decantetur tinctura rubicundissima. coletur per pannum, & servetur usui.

Vires. Calefacit, & siccat potenter, movet, & resolvit. est stomachica, uterina, cardiaca, & alexipharmaca. *Vires.*

Dosis. est ʒ.ß. *Dosis.*

Articulus XV.

Tinctura Coralliorum.

℞. *Coralliorum rubr. pulveris.* ℥j. *Tinctura coralliorum.*
Sp. nitri dulc. rectif. & optimè cohobati, ℥iv.
Inde phialæ vitreæ oblongæ, & digere per dies, & noctes XIV. sic menstruum tingetur aureo colore: quod à fæcibus relictis decanta aliquoties, ut limpidissimum evadat. tum destilla ex retorta vitrea, leni igne, ad siccitatem usque, & relinquetur in fundo retortæ pulvis ruber: cui affunde *alcohol vini optimi* q. s. digere per noctem. tum decanta tincturam rubicundam, & serva usui. hæc enim est tinctura coralliorum.

Vires. Est cardiaca, depurans massam sanguineam, eamque à corruptione præservans, plerisque Chymicis in magno usu est, præcipuè in sanitatis conservandæ negotio. *Vires.*

ARTICULUS XVI.
Tinctura seu Essentia gariophyllorum,

Tinctura gariophyllorum.

℞. *Gariophyllorum aromaticorum in pulverem crassum redact.* ℥ß.

Iis in aliquâ lagenulâ contentis affunde *alkahest glauberi* q. s. ut bene madefiant. repone per noctem in digestione, & reperies sequenti die gariophyllos in mucilaginem redactos. affunde tum *alcohol vini optime dephlegmati* ℥iv. digere per noctem. tum decanta liquorem, & filtra per pannum, & habebis liquorem nigricantem, qui est ipsa *essentia* seu *tinctura gariophyllorum.*

Vires. *Vires.* Est cardiaca, stomachica, & cephalica, potenter attenuat, & incidit.

Dosis. *Dosis.* Est aliquot guttarum in aliquo liquore.

ARTICULUS XVII.
De Coloribus pro Tinctura gemmarum artificialium.

De coloribus pro tinctura gemm. artific.

Venus. Calcinata constanter dat cæruleum. ejus gr. v. sufficiunt pro Chrystalli ℥j. tingendæ.

Mars. Calcinatus vergit ad colorem hyacinthinum. ejusque gr. iij vel iv. inserviunt Chrystalli ℥j. sed notandum, quod omnes gemmæ artificiales, quæ tinguntur cum marte, longiori indigent coctione, quippe mars difficilius dividitur in minima ramenta, quam venus.

Luna. Calcinata semper dat flavum amœnissimum.

Calx Jovis dat lacteum obscurum.

Saffra Tanquam minera cupri dat cæruleum.

Magnesia vergit ad hyacinthinum.

Quod si miscueris crocum *Veneris* cum croco *Martis*, vel *Lunæ*, emergit color viridis.

Quod si miscueris crocum *Lunæ* cum croco *Martis* exurgit aurantius color.

Quod si velis Amethystinum, in quo cæruleus prævaleat rubro, capito pro singulis ℥. *Christalli*, gr. iv. *Veneris*, *Martis* gr. iß.

Quod

Quod si vero, è contrario, colorem volueris granatum, in quo scilicet ruber prævaleat, sumito croci *Martis* gr. iv. *Veneris* gr. j.

Articulus XVIII.

Tinctura insectorum, & præcipue aranearum, bufonum, cantharidum. lumbricorum terrestrium, vermium majalium, &c.

℞. *Aranearum*, vel
Bufonum, vel
Cantharidum, vel
Lumbricorum terrestrium, vel
Vermium majalium q. p. *Tinctura insectorum.*

Ex his generali methodo extrahito tincturam cum *sale tartari alcalico.*

Processus alius.

Vel hisce affunde sp. nitri q. s. ad totalem vermium dissolutionem. filtra, & cum oleo tartari per deliquium præcipita & exicca.

Pulverem edulcoratum cum quovis electuario, conserva, mucilagine, similibusve substantiis, in massam pilularum, redige.

Vires tincturæ cantharidum. nephriticum est, & lithontripticum medicamentum: gonorrhææ medetur; podagræ, & arthridi vagæ succurrit, ut & ictero. *Vires tinct. cantharidum*

Dosis tincturæ, à guttis iij. ad xx. ad summum, idque bis in die. *Dosis.*

Dosis pulveris, à gr. j. ad iv.

Vires tincturæ vermium majalium, in gonorrhæa recenti potest exhiberi absque ulla præcedenti corporis præparatione. in gonorrhæa verò virulenta nec adeò valet, nec exhiberi debet, nisi præcedenti corporis præparatione, per purgationem scil. ab *extracto catholico*, vel similibus aliis. potest etiam decoctum aliquod præmitti. *Vires tinct. vermium maj.*

Dosis tincturæ, à gutt. x. ad xxx. in vino, vel alio aliquo vehiculo, adscindendo, donec sensibiliter per diuresin operentur, quod si, ut quandoque contingit, nimis acriter urethram *Dosis.*

perstringant, & vellicant, stranguriasque dolorificas excitent, facile huic incommodo obviam itur, exhibendo lac tepidum saccharatum, vel lac amygdalatum, vel emulsiones ex similibus viscidis & frigidis.

Dosis Pulveris in substantia, à gr. iij. ad x.

ARTICULUS XIX.

Tinctura Kermes.

Tinctura Kermes.

℞. *Granorum kermes*, ℥ß.
Sp. vini rectificat. ℥iv.

Digere in phiala oblonga per dies & noctes iij: tum decanta, & relictis granis novum sp. vini affunde. & sic continua, donec omnem tincturam extraxeris. tum illas conjunge, & serva usui.

Vires.

Vires. Potenter adstringit. plerisque medicis pro cardiaco, & stomachico est. inservit tingendis julapiis cardiacis, & stomachicis.

ARTICULUS XX.

Tinctura Ligni Acanthini.

Tinctura ligni acanthini.

℞. *Rasuram ligni acanthini*, id est, *brasiliani q. s.*

Infunde in aquam puram. digere illam in olla vitriata per aliquot horas; & mox habebis tincturam sanguineam. quod si loco aquæ infundatur rasura aceto, aut etiam aliquo lixivio, cum pauxillo gummi arabici, & aluminis, acquiretur tinctura pro tingendis libris & scripturâ rubrâ adornata, id est, habebitur liquor aliquis scriptorius pro exarandis litteris rubris.

Usus.

Usus. Hæc tinctura, cum aqua nempe parata, inservit tingendis lanis, nec cedit purpuræ, nisi quod facilius extinguatur, aut debeatur.

ARTICULUS XXI.

Tinctura Ligni Campecii.

Tinctura Campecii.

Paratur eodem modo, quo tinctura ligni acanthini, habetque eundem usum.

Articulus XXII.
Tinctura sive Eßentia maceris.

℞. *Maceris grosso modo pulverisati* ℥ij. *Tinctura maceris.*
Ex eo, generali methodo extrahito tincturam rubicundissimam, cum sale tartari alcalico,

Vires. Calefacit, & siccat. est cardiaca, stomachica, atque uterina. *Vires.*

Dosis. Est aliquot guttarum. *Dosis.*

Si libet, patest acui spiritu salis ammoniaci. tum enim sp. sal. ammon. gratum odorem. & colorem conciliabit.

Articulus XXIII.
Tinctura Mellis.

℞. *Mellis purissimi virginei* q. v. ei immisce *arenæ optimè lotæ*. m ß. *Tinctura mellis.*

Tunc superfundatur sp. rectificatissimus mellis, stent in digestione in cucurbitâ plani fundi, & tingetur spiritus aureo colore. hunc spiritum tinctum per inclinationem effunde, & recens fæcibus superfundatur, continuando sic, donec spiritus non amplius tingatur. spiritus tinctos confunde, & ad tertiæ partis remanentiam in balneo mariæ abstrahe, & in fundo relinquetur tinctura mellis.

Vires. Summum est remedium in phthisi, asthmate, tussi inveteratâ; anhelitu difficili, catarrhis, cæterisque pulmonum, & thoracis affectibus. *Vires.*

Dosis. A quatta parte cochlearis ad cochleare j. *Dosis.*

Articulus XXIV.
Tinctura Opii.

℞. *Opii optimi q. v.* *Tinctura opii.*

Scindatur in taleolas, & lento igne, in platinâ terreâ plani fundi, exiccetur supra carbones vivos, caveto tibi sedulo, ne opium empyreuma contrahat fœtidum, quô in casu solet esse admodum nausea-

nauſeabundum ; cave tibi inſuper ſedulo à fumis nartoticis ex opio aſcendentibus, exiccatione peractâ ;

℞. *Hujus opii calcinati*, ℥j.
Salis tartari puriſſimi tantundem.

Miſceantur inter ſe, & terantur in mortario vitreo, iiſque in vitro commodo collocatis affunde.

Sp. vini vulg. ſtop. ſeu ℥CLX.

Digerantur per horas XXIV. ita enim ſpiritus vini rubicundiſſimo tingetur colore, partim ab opio, partim à ſale tartari : hunc ſpiritum vini tinctum quinquies vel ſepties, quò ſæpius, eò melius, per chartam emporeticam transcolato, & paratam habebis eſſentiam ſeu tincturam opii.

Hac in operatione ſal tartari attenuat, & incidit viſcoſitatem opii, & impetit, quò minus opium in minimis meatibus cerebri hærere, & obſtructiones parere queat ; quò minus etiam opium ſales volatiles noſtri ſanguinis ſuâ viſcoſitate involvere, & figere queat : ſal tartari occurrens acribus ſalibus opii, vel illos per fermentationem, in opio introductam, expellit, vel illorum acrimoniam obtundit, & enervar. ſæpius repetita filtratio, quodcumque viſcoſi hærit in opio, nondum ſatis attenuati per ſales tartari, abſorbet ; quippe quod tenacioribus hamis & ramis conſtat, illud ſe inſinuat in poris chartæ, ibique hæret, transeuntibus ſolummodo particulis, ad naturam ſpirituum, accedentibus ; hinc facile patet, quâ ratione opium per ſales tartari correctum, nec obſtructiones, nec cordis oppreſſiones, mentis alienationes, capitis gravedines, convulſiones (quæ ordinariè opii, malè correcti, ſunt ſymptomata) excitare valeant.

Vires. *Vires.* Exhibetur hæc tinctura in omnibus affectibus, quibus laudanum opiatum ullo modo ſuccurrere poteſt (longeque mitius, & tutius deſtinatum ſuum opus perficit, quam quidem ipſum laudanum, in cujus correctione auctores magis reſpixiſſe videntur, ad calidum, & frigidum opii, quam quidem viſcoſum & acre, in quibus tamen poſterioribus qualitatibus potiſſimum hæret venenum opii) utpote in fermentationibus ſanguinis ſiſtendis, in doloribus ſedandis, in reſolutionibus alvi nimiis ſiſtendis : in vertigine, in epilepſia, in febribus ardentibus, pleuritide, & ſimilibus affectibus per ſudores curandis.

Do-

Dosis. Hujus tincturæ est in infantibus à guttis v. ad x. ascendendo sensim ad ℈. ʒ ß. ʒj. pro ratione virium, & ætatis. in adultis est à cochl. ß. ad iij. iv. & v. usque, quæ summa est dosis, nisi atrocitas dolorum, & furor fermentorum has leges respuant. *Dosis.*

Processus secundus.

Præparatio opii per fermentationem cum succo Cydoniorum.

Quod si quis opium paululum magis adstringens desideraverit, ut in dysenteriâ, hæmorrhagiis, aliisve vehementioribus resolutionibus medicamentum appropriatissimum obtineat, conciliat Clarissimi Langelotti epistolas, ad naturæ curiosas datas, in quibus, quâ ratione ex *succo cydoniorum* expresso, *sale tartari*, & saccharo eliciatur per fermentationem opii tinctura, prædictis usibus specificè inserviens.

Præparatio opii per ferm. cum succo cydon.

℞. *Opii thebaic. optim.* ℔j.
Succ. cydonior. express. & clarif. ℔x.

Conscindatur opium in taleolas, eique affundatur succus cydoniorum clarificatus, his adde

Salis tartari, ℥j.
Sacchar. finissim. ℥iv.

Exponantur radiis solaribus, vel leni digestioni balnei mariæ, quousque flores in superficie eructatos abserves, sub quibus floribus latitat noxium narcoticum opii. in fundo verò hærebit terra opii inefficax, medium locum occupante tincturâ opii instar rubini colorata. quam per filtrationem cautè à floribus, & capite mortuo, separa, lenique destillatione ad mellis consistentiam coge. huic affunde alcohol vini ad sufficientem quantitatem, fiatque de novo extractio. spiritum vero vini essentiâ opii imprægnatum per aliquod tempus circula. ita enim igneo hoc spiritu maturescet opium, ac mutabitur in medicamentum tutum & efficax.

ARTICULUS XXV.

Tinctura seu essentia Regia.

Tinctura regia.

℞. *Moschi* ℈ß.
Zibett. gr. v.

Bal-

Balsam. peruv. gutt. xij.
Ol. Cariophyllor. gutt. iv.
ligni rhodi gutt. ij.

Excipiantur omnia *sal. tartari* ʒß. m. optime, donec omnia unita sint. dein adde:

Sp: vini rectificatiss. ℥ij.

Reponantur simul in loco calido (vel in calore solis, si tempus anni patiatur) ad digestionem per tres dies, bis in die materiam agitando. sic fiet essentia odoratissima à fæcibus subsidentibus per inclinationem separanda.

Vires. *Vires.* Cardiaca est, præcipue si *ol. cinnamomi* gutt. ij. in compositione addantur in mixturis, & summopere conducit, ut medicamenta gratiora evadant, & fœtor tollatur.

Aqua odorifera. Inde etiam præparantur aquæ odoriferæ, moschatæ dictæ, & ambratæ, sequenti methodo.

℞. *Aq. rosarum* ℥j. *ei infunde*
Hujus essentiæ seu tinct. gutt. j. vel ij.

Erit fragrantissima.

Aqua vitæ ambrata. Inde etiam fit *aqua vitæ ambrata*, si, in pinta unia, guttæ ad summun xx. hujus essentiæ infundantur. & sic de aliis liquoribus quibuscumque. *Vinum* etiam fit *Moschatum*, si in pinta una, gutta una, vel altera infundatur.

Vires. *Vires.* Ambræ griseæ æmulatur; confectiones, & conservæ odoratissimæ inde fiunt, si in singulas uncias gutt. iij. vel iv. permisciantur. insuper fumigationi inservire poterit ad perfumigandas cameras, linteamina, vestimenta, ut strophiola, & similia, sequenti methodo:

℞. *Aq: rosarum*
lavendul aa pint. ß.
Essentiæ regiæ ʒj.

Hic liquor evaporationi committatur super ignem, si camera perfumanda sit. linteamina verò, & vestimenta eo humectentur, & lentè exiccare permittantur. qui etiam tabaicum amant, inde odoriferum facere optimè poterunt.

Dosis. Internè à guttis j. ad iv.

ARTI-

ARTICULUS XXVI.

Tinctura rosarum.

℞. *Flor. rof. rubr. ficcar.* mj. *Tinctura rosarum.*
Phlegmatis vitriol. rectific. q. f.

Digere in vitro oblongo optimè clauso per diem, & noctem unam. tunc cola per pannum, etiam fortiter exprimendo. colaturam per noctem repone. tum decanta à fæcibus, tincturam claram ferva ufui.

Vires. Refrigerat, ficcat, adftringit. conducit in compefcendo vomitu, in fiftendâ diarrhæâ, aliifque fluxibus tollendis. *Vires.*

Dosis eft ʒj. vel ij. edulcorata faccharo; aut in aliis mixturis. *Dosis.*

Processus alter.

Tinctura Rosarum, & omnium florum Cordialium.

℞. *Aq. ferventis* q. v. fuperfunde illam *Tinctura rosarum.*
Rofar. rubrar. f. q. ultimò addendo
Ol. vitriol. guttas aliquot.

Relinquantur fimul, donec tincturam fat rubicundam liquor affumpfit. hæc tinctura per duas circiter feptimanas affervari poterit.

Vires. In morbis, & febribus ardentibus convenit, ut & tempore æftivo: humores biliofos temperat. ufus ejus eft, fi fyrupus aliquis conveniens, vel faccharum in decenti quantitate ei immifceatur. *Vires.*

ARTICULUS XXVII.

Tinctura fuccini fimplex.

℞. *Fragment. fuccini q. v.* *Tinctura fuccini.*

Conteratur in pulverem tenuem. eique affunde
Ol. tartari per deliq. q. f.

Stent in digeftione per XXIV. horas. iifque poftmodum affunde *alcohol vini* ad eminentiam iij. vel iv. digitor. transverf. ftent in digeftione; donec fp. vini rubicundam extraxerit tincturam.

Alio modo.

Tinctura succini cum circulato paracelsi.

℞. *Floris salis ammoniaci q. s.*

His affunde *alcohol vini* ad eminentiam iij. vel iv. digitorum transversorum, stent in digestione per tres, aut quatuor septimanas, ita enim alcohol vini sensim, & sensim impraegnatur sale volatili salis ammoniaci, eoque acuitur:

℞. *Fragment. succini flavi pellucid. q. s.*

Terantur in pulverem tenuem, iisque affunde *circulati tui praeparati* ad eminentiam trium digitor. transvers., stent in digestione, donec menstruum tuum salino-sulphureum colore rubro tinctum sit, praeparatamque habebis desideratam succini essentiam volatilem, quae potenter hoc absolvit, quod sale volatili & oleo succini adscribi solet: hoc vero praerogativi habet, quod nauseam & aversiones aegris non pareat, quod familiare est oleo succini, propter empyreuma foetidum, quod oleum hoc in suâ resolutione per ignem sibi contraxit.

Alio modo.

Tinctura succini.

Quod si breviori tempore tincturam hanc desideraveris elaboratam, hanc sequitur methodum.

℞. *Fragment. succini* ℥ij.
Fror. salis ammoniaci ℥j.
Alcohol vini ℥viij. vel ad eminentiam trium digitorum transvers. digerantur simul, donec spiritus vini colore rubicundo tinctus sit; Quod signum est sulphuris, & salis ex succino educti, & cum alcohol vini conjuncti, & uniti, quod erat perficiendum.

Vires.

Vires. Tinctura haec exhibetur summo cum successu in colico dolore ex acri austero, & pituoso humore, oriundo. Insuper in obstructionibus mensium medicamentum summè est efficax; uti & in surditate ex catarrhis ad aures allabentibus; si scilicet lana cotonea hâc tincturâ madefiat, quantumque fieri potest, auri immittatur.

Dosis.

Dosis. Interius à guttis x. ad xxx.

ARTI-

ARTICULUS XXVIII.

Tinctura, balsamum, & Magisterium sulphuris.

℞. *Sulphuris purissimi q. p. vel part.* ij. *Tinctura sulphuris.*
Salis tartari p. i.

Fundatur sulphur, leni igne, in patina terreâ vitreata, fusoque sensim & pedetentim addatur *sal tartari* tantum, donec ebullitionem, & fermentationem sulphuris sedatam observaberis; ita enim sales vitriolici corrosivi, in sulphure, latitantes erunt correcti, & emendati, visciditasque incisa, vinculaque ita reserata, ut commodis menstruis sulphuri homogeneis (utpote spiritu vini) via sit aperta ad subtilissimas oleosas, & salinas partes, ex sulphure educendas. quod fiet sequenti modo.

℞. *Sulph. cum sale tart. ferment.* ℥j.
Alcohol vini ℥viij.

Contundatur sulphur, eique affundatur alcohol digerantur per 24. horas, vel quousque spiritus vini rubicundo flavo colore tinctus sit. hunc absque perturbatione fæcum decanta, & usui reserva.

Vires. Hæc tinctura est diaphoretica, & sudorifera: venenis, & putrefactioni resistit. præfertur ipsis floribus sulphuris in affectibus pectoris, quod omni acido sulphuris carear. acida enim pectori sunt inimica. hinc maximè expetitur in phthisicis, & vulneribus pectoris. *Vires.*

Dosis. Est à guttis xij. ad xxx. *Dosis.*

Pro Balsamo verò præparando.

℞. *Sulphuris cum sale tartar. ferment. & pulveris. q. p.* *Balsamum sulphuris.*

Iique affunde *olea stillata* (utpote *terebinthinæ, succini, juniperi, anisi,* vel *similia*) ad eminentiam trium, quatuorve digit. transvers. stent in infusione, paulo calidiori quam in tinctura. ita enim sensim & sensim olea imbibunt pinguedinem sulphuris, & colorem induent sanguineum, describintque verum sulphuris balsamum succinatum, therebinthinatum, juniperatum, vel anisatum.

Nota, quod balsama interius exhibenda, quò leniori digestione elaborentur, eò meliora sunt; quippe quæ intentiori calore compo- *Nota.*

componuntur, empyreumaticum & ingratum ſolent acquirere odorem, ægris valde nauſeabundum, hinc in balſamo ſulphuris aniſato, & juniperato præcipue memento leniſſimâ procedendo digeſtione; in ſuccinato verò, & terebinthinato, quæ externos uſus magis reſpiciunt, tanta non eſt difficultas.

Magiſterium ſulphuris. Quod ſi verò ſulphur tuum in forma tenuiſſimi pulveris, ſeu magiſterium deſideraveris.

℞. *Sulph. cum ſale tart. ferm. q. p.*

Sulphur tuum pulveriſatum coque in *aquæ pluviæ ſ. q.* donec ſulphur ſolutum ſit, huic ſolutioni ſenſim & ſenſim acetum ſtillatitium inſpergito, ita enim aborto ſulphureo fœtore, & odore ingrato, præcipitabitur ſulphur per ſal tartari ſolutum ad fundum, quod poſtmodum crebrè edulcora, & leni igne exicca, ita enim obtinebis lac, ſeu magiſterium ſulphuris.

Vires. *Vires.* Hæ præparationes ſulphuris inſervunt phthiſi curandæ. exhibentur in aſthmate, præcipuè cum tinctura mellis cum alcohol vini exſtracta; in tuſſi inveterata; in læſionibus quibuſvis pulmonum: exhibetur inſuper in peſte, putredine ſanguinis, in ſcorbuto ex acri, & auſtero ſale, uti in obſtructionibus menſium ab iiſdem cauſis, abortis.

Doſis. *Doſis* Balſami à gutt. x. ad xx.

Doſis Magiſterii à gr. iij. ad ℈i. vel quantum ſatis eſt, ad dealbandam aquam appropriatam.

Proceſſus ſecundus

Tinctura Dia-ſulphuris.

Tinctura Dia-ſulphuris.

℞. *Balſam. ſulphur. craſſ.* ℥j.
Sp. vini ſubtiliſſ. tartari ſ. ℥iij.

Digerantur ſimul in arena per iij. vel iv. dies. Sic tincturam rubicundiſſimam acquirit ſpiritus vini, qui ſeorſim aſſervari debet. Fæcibus ſuperfundatur novus ſpiritus, & digeratur ut ante, tamdiu continuando, donec tincturam amplius dare neget. Tincturas omnes confunde, & in balneo mariæ ad tertiæ partis remanentiam ſpiritum abſtrahe. reſtans tinctura uſui ſervetur.

Vires. Nephriticum eſt inſigne: menſes ciet: alvum leniſſimè ſolvit:

ſolvit : omnibus pectoris vitiis ſuccurrit, & phthiſi : præcipue ſi ulterius elaboretur cum melle, ut in eſſentia aſthmatica docebimus.

ARTICULUS XXX.

Tinctura Hypocratica.

℞. *Cinnamomi elect.* ℔.ß.
Cariophyl. ℥vj.
Zinzib. ℥v.

Tinctura hypocratica.

His contuſis & defractis (extrahito generali methodo tincturam cum ſale tartari alcalico) vel affunde *ſp. vini* ſtop. I. diſtillentur ex cucurbita leni igne, & inde colligito p. iij. vel quouſque aquæ laccei coloris appareat: has pint. iij. confundito cum vino Gallico, vel Rhenano ſtophis x. vel xij. & habebis vinum Hypocraticum, & guſtui, & odoratui ſatis-faciens.

CAP. II.

De variis Metallorum calcinationibus, & reductionibus in vitriola, & crocos.

N*otæ generales.*

Obſervatio prima

PRimò. in calcinationibus Metallorum immerſibus obſervandum, non omnes ſales reſpondere quibusvis metallis corrôdendis, ſed pro diverſis poris, quibus gaudent metalla, appropriata etiam fabricanda eſſe menſtrua, ſecus enim in ſe mutuo non agunt, ſalesque figuris ſuis multum differentes à configuratione pororum metalli reſolvendi, illud intactum relinquunt, uti hoc obſervare licet in aqua forti, ſeu ſp. nitri, quæ quidem corrodendo reſolvunt argentum, aurum verò hiſce ſalibus (quippe poris ſuis non correſpondentibns) minime cedit, ſed conſtanter illorum impetum illudit ; aquæ fortes verò ſale ammoniaco exaſperatæ, aggrediuntur aurum, illudque in exigua dilacerant ramenta, quæ à menſtruo hoc corroſivo abſorbta, aciem oculi effugiunt, & de novo ſe conſpicienda tradunt, in præcipitatione cùm ſale alcali fixo tartari. ſeu oleo tartari per deliquium, dum enim tenuia

ramenta ſalina, nitroſa, & vitriolica, ſe inſinuant poris ſalis alcali tartari, eoſque arctiſſimè occludendo ſimul ebulliunt, & effervefcunt, auri ramenta ſuo ſolvente, cujus beneficio natitabant, deſtituta, ad fundum cadunt.

Obſervatio ſecunda. Notandum ſecundò, calcinationes metallorum immerſivas, eſſe meras corroſiones metallorum intenuia ramenta, ejuſdem naturæ cum toto, quæ ſocietatem cum ſalibus corroſivis ineuntia,& ſecundum præcepta chemica chryſtalliſata deſcribunt vitriola, ita enim ferrum, cum oleo vitrioli corroſum, deſinit in vitriolum martis virideſcens; cuprum verò cum acido ſulphuris, ſal. ammoniaco, urinæ & ſimilibus reſolutum, poſt filtrationem & evaporationem ad cuticulæ apparentiam, concreſcit in cryſtallos ſeu vitriolum ſubceruleum, vel azureum, quæ vitriola, cum igni examinanda traduntur, de novo eructant ſuum diſſolvens corroſivum, remanentque metallorum ramenta in formâ calcis, per torturam ignis in priſtina metalla reducibilia. Hinc facilè eliciet Chemicus, quid natura ipſa moliatur in penetralibus terræ, dùm varia, in ſuo gremio, efformat vitrïola, concludet (ſc) in horum generatione, nihil aliud contingere quàm ſalium corroſivorum cum mineris metallorum concurſum, quæ, dùm arroduntur, in poris ſuis ſuſcipiunt ſales, ex quorum combinatione cum mineris metallicis, exſurgunt diverſa vitriola, quæ itidèm in examine ignis oſtendunt cujus naturæ fuerit illorum diſſolvens. Per has metallorum mineras à ſalibus corroſas, ſi latices ſubterranei fluant, in tranſitu, tenuioribus horum vitriolorum ramentis impregnantur, undè diverſi ſcaturiunt fontes medicati dieuretici, purgantes vel emetici, pro indole metalli corroſi, & ſalis mineras diſſolventis.

Obſervatio tertia. Rediguntur porrò metalla in calces, ſeu crocos, ſolius ignis interventu, hæc enim continuis ignibus cremata & reverberata, (eâ conditione ne fluant) fragilia evadunt, & in pulverem ſe conteri patiuntur, ità plumbum, in minium, ferrum & cuprum in crocos comburuntur: quod ſalibus igniüm, corroſivis itidèm adſcribendum, qui dùm celerrimo motu agitantur, impetum faciendo id metalla, cohæſionem partium metallicarum ſolvunt, ſales verò poris metallorum implicati, pondus illorum ſenſibilitèr augent, undé metalla rapinam ex flammis petere, verè dici poſſunt.

Anti-

Obſervatio quarta.

Antimonium deniquè, ſale & ſulphure ſuo corroſivo, multa metalla in calces redigit tenues, & iis aſſociatum, componit Regulos metallicos, qui ſi (lege artis) poſtmodum calcinentur cum nitro, adeò attenuantur, & in tàm exilia rediguntur ramenta, ut à ſpiritu vini dephlegmato ſuſcipi, & iiſcum fluere queant, deſcribuntque ſimul, metalla potabilia, potiſſimum ex ferro, cupro & ſtanno elaboranda, quæ obſtructiones felicitèr ſolvunt, materiamque peccantem per dieureſin ut plurimùm educunt. Ex his tandem facilè intelliget phyſicus, cur metallurgi adeo ſolliciti ſint circà toſtiones minerarum metallicarum, antequàm eas furnis fuſoris colliquandas trahunt: Ipſis quippè per experientiam innotuit, mineris adhærere multum ſulphuris inflammabilis. eaſque ſæpiùs participare de antimonio, undè dùm abſque prævia toſtione funduntur, ſales antimonii & ſulphuris corroſivi, impetum faciunt in metalla, eaque in exigua dilacerando ramenta, ſecum per torturam ignis in auras rapiunt, vel in calces corrodunt difficilis fuſionis, undè non tantùm fuſio metallorum ex ſuis mineris retardatur, ſed inſupèr falluntur metallurgi, qui debito & júſto metalli pondere fruſtrantur, quod damnum ut evitent, mineras leviter adurunt, ut ſulphur, antimonium, ſaleſque corroſivi ſeceſſum faciant à mineris, antequam fuſionibus ſubjiciuntur, in quem finem etiam mineris colliquandis addunt quandoque lythargirium, batituram ferri, arenam & ſimilia, in quæ dùm ſales acredinem ſuam deponunt, metallorum fuſionem promovent metallurgi.

ARTICULUS I.

Calcinatio ſeu præcipitatio auri immerſiva.

Calx ſolis.

℞. *Sp. bezoardici, ſeu alterius cujuſdam aquæ regiæ* ℥ij.
Auri puri vel impuri ʒij. vel iij.

Miſce, & relinquantur in digeſtione per noctem, & totus ſol à menſtruo devorabitur, quod coloris lutei evadet, nec quicquam reperietur in fundo, ſi aurum purum fuerit. quod argento commixtum fuerit, relinquetur illud in fundo ſub forma pulveris albi, à quo ſolutio ſolis leniter decantando ſeparari poterit. hanc ſolutionem

tionem destilla ex retorta vitrea, in arena, ad siccitatem usque. recuperabiturque in recipiente aqua regia, sive sp. nitri bezoardicus: in fundo verò retortæ relinquetur calx solis, purpurei coloris, eaque servetur usui.

Usus.

Usus est inservire solis extractioni in tincturam, in oleum, & sublimationi in flores.

Articulus II.

Tinctura solis, sive aurum potabile.

Tinctura solis.

℞. *Præc. calcem solis in retorta relict.*
Alcohol vini ℥ij. *vel* iij.

Misce, & repone in vitro clauso, & digere per noctem. tum tincturam decanta, & serva usui. fæces verò relictas serva seorsim.

Vires.

Vires. Potenter adstringit, & condensat: hinc in fluore alvi, & ventriculi imbecillitate locum habere potest. vulgo pro confortativa, & cardiaca habetur.

Dosis.

Dosis. à guttis ij. ad iij. aut iv.

Articulus III.

Aurum fulminans.

Aurum fulminans.

℞. *Auri part.* j.
Aq. regiæ part. iij. *vel* iv.

Solvatur sol in tepido calore arenæ, cui soluto, affunde stillatim oleum tartari per deliquium, quousque effervescentia salium sedata, aurique ramenta ad fundum præcipitata sint. in hâc auri præcipitatione fit concursus salis alcali tartari cum aqua regia, quæ pro majori parte agnoscit sp. nitri, ex concursu autem sp. nitri cum alcalo tartari, nitrum regenerari inflammabile, chemicorum industria detexit, hujus nitri regenerati tenuia ramenta se abscundunt, & insinuant arctissimis auri poris, undè dum igni exponuntur, particulæ nitrosæ, ab igne exponuntur, particulæ nitrosæ ab igne agitatæ, & expansæ, vehementèr in se mutuo impingunt, liberiusque spatium ad motum suum absolvendum exigunt, hinc impetum faciendo in suos carceres aureos, illos tandem magno cum fragore resolvunt, nitrumque celerrimo hoc in motu, flammam suscipiens, fulmen repræsentat.

Arti-

Articulus IV.
Amalgamatio Solis.

℞. *Bracteolarum auri q. libet*, *Amalgama solis.*
Redige illas, cum pauxillò *Mercurii currentis*, in maſſam aliquam ceræ inſtar. hæc maſſa dicitur *Amalgama ſolis*. vel:

℞. *Scobis ſolis q. libet.*
Ei admiſce tantum *Mercurii vivi*, quantum ſufficit, ut cum illo fiat maſſa mollis.

Si jam velimus recuperare mercurium, & ſolem habere ſub forma calcis; ſublimetur amalgama in parva lagenula vitrea, & ſublimabitur mercurius ad latera vitri, calx verò ſolis manebit in fundo. vel ſi velimus perdere mercurium, imponatur amalgama crucibulo mundo, & evaporetur mercurius in igne aperto. ſic in fundo relinquetur calx ſolis, quæ quærebatur.

Uſus. Amalgamationis ſolis eſt, hunc depurare, & liberare ab adjunctis fæcibus. ſecundò inſervire deaurationi aurifabros. *Uſus.*

Articulus V.
Azoth auri factum

Azoth ſolificatum.

℞. *Solis puriſſimi* ℥j.
Mercurii vivi ℥viij.

Fiat, ut artis eſt, amalgama, ſolvatur in *aquæ regiæ ſ. q.* inſuper

℞. *Lunæ exactè cupellatæ* ℥j.
Mercurii vivi ℥v.

Fiat itidem amalgama, & diſſolvatur in ſ. q. *aquæ fortis*. ſolutiones confunde, & adde

Tinct. mart. adſtring. ex lap. hæm. ℥ß.

Committantur retortæ vitreæ, & inſtituatur deſtillatio ex arena, auferendo omnem liquorem ad ſiccitatem præcipitati, dando in fine ignem quarti gradus, ita enim tibi remanebit pulvis ſubfuſcus, quem ſecuritatis gratia figito cum alcohol vini.

Vires. Præcipitatum hoc eſt diaphoreticum, & rariſſimè ſalivationes movet, & non niſi in corporibus valde pituitoſis. hoc præcipitato utantur Chymici in luë venerea inveterata, in fe- *Vires.*

 bribus

bribus quartanis, in hydrope, aliisve morbis ex pertinacissimis obstructionibus originem sumentibus.

Dosis. *Dosis.* à gr. ij. ad v. exhibetur cum vehiculis dictis in mercurio diaphoretico.

ARTICULUS VI.

Præparatio Solis musivi.

Præparatio solis musivi.

℞. *Stann. angl. optim.* ℥j.
Mercurii à nigredine loti,
Sulphuris,
Salis ammoniaci, *an.* ℥ß.

Fiat amalgama, ut artis est, stanni & mercurii. quod in alcohol teratur cum sulphure, & sale ammoniaco. alio modo:

℞. *Marcositæ auri*,
Mercurii,
Sulpharis,
Sal. ammoniaci, omnium an.

Sublimentur autem ex cucurbita vitrea loricatâ.

ARTICULUS VII.

Crocus solis.

Crocus solis.

℞. *Solis finissim. per antim. purgat. & subtilissimè laminati* ℥ß.
Nitri chrystalizat. ℥x.
Aluminis ℥viij.
Sal. comm. ℥v.

Misceantur, & inter sese conterantur, & committantur cucurbitæ vitreæ; quibus superaffunde *aquæ simplicis* quantum satis ad dissolutionem salium: coq. simul igne moderato ad siccitatem salium. de novo affundatur *aqua pluvia*, & coquantur ut prius. quod continua, quousque folia solis totaliter à salibus dissoluta reperias. solutionis flavæ, aureique coloris, successivè instilla *Ol. tartari per deliquium.* ita enim aurum fundum petet, & præcipitabitur in pulverem tenuissimum, quem crebris edulcora ablutionibus, & exicca, & per horæ quadrantem supra laminam ter-

terream ignitam Calcina. Ita enim obtinebis Crocum solis, purpurei coloris, sudoriferum, & cardiacum haud contemnendum. *Vires.* *Dosis.*

Dosis. à gr. ij. ad iv. vel vi.

Articulus VIII.

Methodus eliciendi Solem ex Luna.

℞. *Croci martis cum aq. fort. elab. q. p.* *methodus eliciendi solem ex luna*

Nitri duplum. Ut fluat in tegillo, & eo cum successivè miscet tuum Crocum, & fluat simul per dimidium quadrantis. omnibus refrigeratis, abluito salsedinem nitri. ita obtinebis Crocum purpurei coloris amœnissimum.

℞. *Vitri saturni*, &

Croci tui præparati, & successivis vicibus misceantur cum Lunâ capellatâ fluenti super cupellam. ita portio croci ingreditur substantiam Lunæ, & cum ea miscetur; portio verò scoriarum in forma spumæ ad extremitates cupellæ projicitur. hoc autem continua, quousque tota superficies lunæ scoriis obducta sit. effunde in conum fusorium: illumque dissolvito in aquâ forti. ita obtinebis in solutione lunæ particulas nigrescentes per totam solutionem natitantes: quas, ubi ad fundum residêre, edulcorato, quantum fieri potest, & cum pauxillo boracis fundito. ita plus auri obtinebis, quàm ullo modo arte separatoriâ lunæ habere potes.

Articulus IX.

Amalgamatio Lunæ.

℞. *Scobis lunaris* ℥i. *Amalgama lunæ.*

Argenti vivi q. s.

Ut abeat in massam mollem, quæ dicitur *Amalgama lunæ.*

Potest etiam fieri cum lamellis, sicut in amalgamatione solis dictum est: Mercurius separatur evaporando. sic in fundo relinquitur Calx, quæ quærebatur.

ARTICULUS X.
Calcinatio immerſiva lunæ.

Calx lunæ

℞. *Lunæ puræ, vel impuræ* ℥ß.
Aquæ fortis ℥iij.

Miſce, & pone per noctem in digeſtionem, donec tota luna ab aqua forti ſit conſumpta, nec quicquam in fundo conſpiciatur, niſi fortè aurum fuerit admixtum, hoc enim fundum petit. ſi alia metalla conjuncta fuerint, ſolventur illa quoque ab aqua forti. ſi luna pura fuerit, ſolutio erit alba. ſi verò cuprum admixtum fuerit, erit viridis. Hanc ſolutionem in vitro evaporatorio evapora ad ſiccitatem uſque, & in fundo relinquetur Calx lunæ. vel, ſi placet ſervare aquam fortem, deſtilla ex retortâ vitreâ ad ſiccitatem, & recuperabitur aqua fortis in recipiente. Calx verò lunæ relinquetur in fundo retortæ, quæ ſervetur uſui.

Uſus.

Uſus. Inſervit parandæ tincturæ lunæ, ut & deputationi lunæ ab adjunctis aliis metallis, ſcil. cupro, ſtanno, plumbo. Cuprum ſeparari poteſt à calce reverberatâ cum aquâ regiâ. ſtannum, & plumbum verò cum ſpiritu acido. ſic acquiretur Calx puriſſima lunæ.

ARTICULUS XI.
Præparatio lunæ hydragogæ angeli ſalæ facillima.

Luna hydragoga angeli ſalæ.

℞. *Lunæ ab omni ſorde venereâ cupellatæ q. p.*

Solvatur in *ſpiritu nitri*, donec totaliter diſpareat, ſolutio tua leviter lacteſcat, quod ſignum eſt perfectæ cupellationis, ſecus enim, ſi ſolutio vel virideſcat, vel cœruleſcat, ſignum eſt, lunam cupro etiam eſſe inquinatam, ac proinde Medicamentum, inde proveniens, non ſatis tutum eſſe poteſt, ſed vomitus movebit inſignes: ſolutione peracta, evaporetur leni igne ſuperfluum humidum, ita ut tertia pars remaneat tantum, & loco quieto expecta chryſtallos lunares, quæ apparebunt candidæ & congulatæ inſtar nitri: quod reliquum liquoris eſt, illud de novo evapora, ut prius, ita enim omnes collige chryſtallos, quos de novo ſolvito in rore majali deſtillato, & digerantur per 24. horas. ut fæces, ſi quæ ſint, fundum petant. ros majalis filtretur, & poſtmodum evapo-

evaporetur, ut prius dictum, & collige chryſtallos lunares, & præparata erit luna hydragoga.

NB. Quod quidam, in ſecunda evaporatione rori majali, addant pauxillum nitri depurati, itidem ſolvere in rore majali, ut ejus beneficio temperetur acrimonia chryſtallorum lunæ. *Nota bene.*

Vires. Eſt medicamentum antihydropicum ſpecificum & indubitatum, nam aquas hydropicorum expurgat potenter. *Vires.*

Doſis eſt à gr. iij. ad vi. vel x. in hauſtu vini calidi, vel ſpiritus vini, vel aq. cinnamomi, vel ſimilibus convenientibus vehiculis. *Doſis.*

NB. Quod in forti eductione aquarum humoris hydropici viſcera ſunt corroboranda, quod imprimis eſſentia baccarum, Juniperi, cum proprio ſpiritu extracta, & cum guttulis aliquot ſpiritus ſalis acidula facta, præſtat. Convenit hic etiam elixir Paracelſi cum ſpiritu ſalis edulcificato. *Nota.*

ARTICULUS XII.

Præparatio Lunæ muſivæ.

℞. *Stanni optimi* ℥iß.

Committatur crucibulo forti, & præciſe ubi fuſionem minatur, adde *Marcaſitæ lunaris* ℥iß.

Miſce inter ſe rudiculâ ferreâ. tunc exime crucibulum ex igne, & refrigeretur paululum. quibus tunc adde

Mercurii ſuper igne excalefacti ℥vi. vel donec crepitus emittat. effundantur in lapidem frigidum. poſtmodum in porphyrite redigantur in alcohol.

ARTICULUS XIII.

Solutio, præcipitatio, ſeu Calcinatio martis.

℞. *Limatur. martis* ℥viij. *Calx, ſive crocus martis.*

Inde lagenulæ vitreæ, & guttatim affunde

Aquæ fortis q. ſ.

Donec non amplius efferveſcat. tum repone per noctem in digeſtionem. poſtea in vitro evaporatorio aquam fortem evaporato ad ſicci-

ſiccitatem. & in fundo relinquetur calx rubra, quæ reverberata in crucibulo rubicundiſſima, & inſipida evadet, quam ſerva uſui. hæc dicitur vulgo *Crocus martis aperitivus.*

Vires. *Vires.* Aperit internas obſtructiones, concentrando particulas acidas obſtructionum auctores: unde multis morbis Chronicis conducit.

ARTICULUS XIV.

Præparatio croci martis aperientis, & adſtringentis.

Crocus Martis aperiens. ℞. *Fruſtrum Martis*, quod in igne bene excandeſcat. Hoc admove magdalioni *ſulphuris*, & mars guttatim in frigidam ſubjectam deſtillabit. has guttas lava, & in pulverem contere, & obtinebis crocum martis aperitivum. alio modo.

Idem. ℞. *Limatur. martis part.* i.
Sulphuris part. iij.

Bene inter ſeſe conterantur, & in cochleari terreo ſulphur accendatur. dum ſulphur deflagrat, continuò chalybs moveatur ſpatulâ ferreâ. ita enim, per deflagrationem ſulphuris, calcinabitur mars in pulverem rubicundum. alio modo.

Idem. ℞. *Vitrioli martis cum ol. vitriol. ppti. q. ſ.*

Calcina leni primò igne: ſecundò vehementiori, ſuper laminam terream, vel in platinâ terreâ plani fundi, quouſque deſinat in pulverem rubicundiſſimum. alio modo:

Idem. ℞. *Aciti deſtillati fortiſſimi q. p.*

Hoc committito cucurbitæ vitreæ, in cujus orificio ſuſpendantur *laminæ chalybeæ*. cucurbitam cineribus, ſeu arenæ calidæ, committe; ita vapores aceti deſtillati, in lamellas martis incidentes, excitabunt in ſuperficie lamellarum crocum martis ſubtiliſſimum, quem pede leporino deterge, & uſui reſerva. alio modo:

Idem. ℞. *Limatur. chalybis q. p.*

Hunc affunde *aquæ fortis* q. ſ. ad ſolutionem. ſolutionem abſque perturbatione fæcum decanta, & ad ſiccitatem evapora, & ſuper patinam terream, ut prius, calcina. ita enim obtinebis crocum ordinarium bruneri coloris. quem ſi tenuiſſimum, & purpurei coloris velis, hoc modo procedito. nempe:

℞. *Nitri v. gr.* ℥vi.
Croci martis per aq. fort. ppti ℥i.

Fluat

Fluat nitrum in Crucibulo , eique ſucceſſivè admiſe crocum tuum martis , ſimulque per dimidium horæ fluant. tunc effunde , & per crebras ablutiones nitrum à croco martis ſepara. quem exicca , & in pulverem tenuem contere. ita enim obtinebis crocum martis tenuiſſimum , purpurei coloris.

Vires. Inſtar alicujus alcali , acidum abſorbendo , obſtructiones aperit , unde & vulgo *Crocus martis aperitivus* dicitur. medetur ſcorbuto , ictero , aliiſque cachexiis. *Vires.*

Doſis. Intra corpus eſt à ℈i. ad ʒ.ß. *Doſis.*

Articulus XV.
Regulus Martis.

℞. *Martis optimi* (qualia ſunt fragmenta enſium , clavatorium, &c) ℥iv. *Regulus Martis.*

Igniatur hic ſuper igne potenti in crucibulo ſatis calido. marte ignito , addantur.

Antimonii pulverizati ℥viij.

Relinquantur ſimul , crucibulo clauſo , per dimidiam horam , vel donec mars cum antimonio in unum liquorem redactus ſit. injiciatur tum per vices aliquid

Nitri pulverizati ad ℥ß.

Ita ut tota maſſa fluat inſtar aquæ. quo facto, removeatur crucibulum ignitum ex igne , ſinaturque refrigerari. refrigeratum, fractumque crucibulum exhibebit in fundo regulum martis: in parte verò ſuperiori hærebunt ſcoriæ regulinæ. debet autem regulus hic in pulverum redigi , & in crucibulo puro iterum fundi , quod parvo igne perficitur. ſic purior , & pulchior evadit. Imprimis ſi in fine pauxillum nitri adjiciatur.

Uſus. Inſervit imprimis parando butyro martiali , & unde bezoardico martiali. Inſervit etiam multis aliis arcanis chymicis. eſt enim in totum pulveriſabilis , & volatilis, adeò ut demum in fumum exhabet , ſi ſæpius fundatur. per ſe non ſumitur intra corpus. *Uſus.*

Articulus XVI.
Flores Martis.

℞ *Batituræ Martis.* *Flores Martis.*
Sal. ammoniac : minutiſſimè pulv. aa. ℥iv.

Miſce,

Misce, & ex cucurbita terrea, in igne aperto, applicato capitello vitreo, sublima quamdiu aliquid adscendet. sic mars volatilizabitur; & cum sale ammoniaco adscendet colore rubro, & flavo, qui vulgò dicuntur *Flores salis ammoniaci martiales*.

Vires. *Vires.* Insigniter attenuat, incidunt, aperiunt, unde commodè exhibentur in febribus, in asthmate, aliisque chronicis morbis.

Dosis. *Dosis.* Est ℈ß. ad gr. xv.

AATICULUS XVII.

Tinctura martis simplicissima.

Tinctura martis. ℞. *Limatura martis*, seu
Chalybis purissim. ʒij.
Spir. aceti ℥iij.

Inde cucurbitæ vitreæ, quam repone in arena, ac digere per diem, & noctem, urgendo ignem ad secundum & tertium gradum, & spatio unius diei extrahes tincturam rubicundissimam; quam filtra per chartam, & serva.

Vires. *Vires.* Temperat acrimoniam acidam: humores fundit: obstructiones reserat: alvum stimulat, unde in omnibus cachexiis conducit, imprimis in fluore muliebri, mensium fluxionibus, ictero, scorbuto.

Dosis. *Dosis* Sunt gutt. vi. vel viij. per se, aut in cerevisia, aut vino.

ARTICULUS XVIII.

Esseutia Martis.

℞. *Præcedentis tincturæ q. s.*

Essentia martis. Redige eam cum *sacchari* sufficienti quantitate ad consistentiam syrupi. qui condiri potest gutt. 1. vel ij. *Ol. Cinnamomi*, aut *Cariophyllor.* aut *nucis Moschatæ*.

Viris: *Vires.* Easdem habet cum tincturâ, potestque per se accipi ex cochleari.

Dosis. *Dosis.* Est cochl. ß.

ARTI-

ARTICULUS XIX.
Præparatio Martis potabilis.

℞. *Limatur. Martis tenuissimè trita* *Mars potabilis.*
Tartari rhenani albissim. crud. aa. q. p.
Aq. pluvial. filtrat. q. s. Ut inde formari queant globuli. Quos globulos in sole exiccato, & in clibano unà cum panibus excoquito. de novo in pulverem conterito, & cum *s. q. aq. pluv.* ut prius globulos formato, iterumque in clibano excoquito. hanc operationem repetendo, quousque martem in quovis liquore solubilem experias. in *aq. pluv.* cochleatim datur.

Dosis. à gr. vi. ad gr. xvi. & ℈i. *Dosis.*

Alio modo.

℞. *Limatur. martis purissim. part.* i. *Idem.*
Flor. sulphur. part. ij.

Terantur simul, iisque affunde *aq. pluv. q. s.* ad formam pultis. stent in digestione tepida per horas xij. quibus exactis affunde *aq. pluv.* ad eminentiam digitor. transversor. trium, quatuorve. coquantur simul, donec tinctura flavescens extracta sit. quam decanta, & filtra, illamque ad quartæ partis remanentiam inspissato. ita enim post dies aliquot intensam acquiret rubedinem.

Alio modo.

Simplicissimô autem modô, si martem exhibere volueris, in obstructionibus quibusvis corporis nostri solvendis, præsertim verô in solvendis menstruis, fermentisque acido-austeris peregrinis enecandis, sequentem sequere methodum. *Martis specificum*

℞. *Limatur. martis* (ab omni sorditate lotæ, & in alcohol contritæ, perque cribum augustissimum trajectæ) ℥j.
Sacchari purissim. ℥ß.
Macis. ʒij.

Misceantur exactè inter se.

Dosis. Quantum cuspide cultri contineri potest.

ARTICULUS XX.

Præparatio lapidis hæmatitid. artificialis ex marte & ſaturno.

Lapis hæmatitidis artificialis.

℞. *Limaturæ martis q. p.* huic affunde.
Sp. ſalis cum bolo deſtillati, *vel.*
vitrioli rectif. q. p. vel ad eminentiam trium, quatuorve digitorum tranſverſorum. ſtent in digeſtione, donec ſp. ſalis efferbuerit cum limatura martis, ac dulcis factus fuerit. ebullitione ſedatâ, decantetur ſolutio, & filtretur, evaporeturque ſecunda pars, ita ut tertia pars remaneat.
ſacchari ſaturni tantundem.

Committantur retortæ vitreæ, & per lenem deſtillationem (ſecus enim facile ebullit, & tota maſſa in vas recipiens decurrit) liquorem ad totalem maſſæ rubicundæ ſiccitatem aufer. Quam maſſam exime, &, ne humeſcat, ab aëre defende. hæc maſſa ab quibuſdam artificialibus vocatur propter colorem *lapis hæmatitidis artificialis.*

Vires.

Vires. Exhibetur in omnibus hæmorrhagis, ut narium, vulnerum, menſium ſuperfluorum, internè: & externè in omnibus profluviis, ut diarrhâ, dyſenteriâ, fluxu hepatico, & in genere ſpecificum eſt adſtringens, quod ſine ullâ corroſione, & loco omnium adſtringentium exhiberi poterit.

Doſis. à gr. iv. an xij.

ARTICULUS XXI.

Præparatio tincturæ martis volatilis aperientis & adſtringentis, ut & croci martis.

Tinctura martis volatilis.

℞. *Lapid. hæmatitid. part.* I. *vel* ℔i.
Sal. ammoniac. part. ß. *vel* ℔ß.

Conterantur in pulverem tenuiſſimum, quem per cribrum trajice, ac poſtea exactè inter ſeſe permiſce. conjiciantur in cucurbitam terream, cui adapta alembicum vitreum cum ſuo recipiente. fiat ſublimatio, ut artis eſt, ex igne nudo, ſucceſſivè ignem augendo:

ita

ita enim primitus adſcendit ſpiritus ſalis ammoniaci urinoſus, quem ſubſequuntur flores albicantes, hos flores citrineſcentes tandem in fine operationis, corticum aurantiorum inſtar, coloratos obſervaveris. omnibus refrigeratis, alembicum à cucurbita ſua ſepara, floreſque tuos exime, & ab aëre defende. his in vaſe circulatorio repoſitis, affunde *alcohol vini* ad eminentiam trium digitorum transverſorum. ſtent in digeſtione, ita enim alcohol vini aureo tingetur colore inſtar auri potabilis, & imprægnatur ſubtiliſſimis martis efflugiis. quem decanta abſque perturbatione fæcum, & uſui reſerva, & parata erit tinctura martis volatilis.

Vires tincturæ. Eſt medicamentum præſtantiſſimum, aperiens in quibusvis obſtructionibus. *Vires.*

Doſis tincturæ volatilis eſt á guttis x. ad xxx. *Doſis.*

Vires florum. Ipſi flores ſudores potenter movent, obſtructiones reſerant, pituitam tenacem incidendo: exhibentur potiſſimum in obſtructionibus menſium, lienis, meſenteriæ. *Vires.*

Doſis florum. eſt à gr. ℈.ß. ad xv. in convenienti vehiculo. *Doſis.*

Capiti mortuo, in fundo relicto, quam pluviam tepidam ad eminentiam trium, vel quatuor digitorum affundito. ſtent, ut ante in digeſtione, donec aqua rubicundo-flavo-colore tincta ſit, quam decanta, & uſui reſerva. *Tinctura martis adſtringens.*

Vires. Omnes hæmorrhagias compeſcit: ſolutiones ſiſtit, & fluxu albo mulierum multum juvat, adhibitis generalibus. Menſtrua copioſa retardat. *Vires.*

Doſis Tincturæ adſtringentis eſt à guttis v. ad x. in convenienti vehiculo. *Doſis.*

Caput mortuum verò, poſt eductam tincturam adſtringentem, vehementer calcinato per ignem reverberii, quouſque ſplendentia ferri ramenta diſpareant. Conteratur in pulverem tenuem, & obtinebis *crocum martis.* *Crocus martis.*

Vires. Uſus ejus eſt in affectibus hypochondriacis, in obſtructionibus menſium, meſenterii, hepatis, & ſimilium viſcerum, reſerandis, principaliter ſi cum gummi ammoniaco, ſagapeno, myrrha, ſimilibuſve aperientibus conjunctus fuerit, & redactus in formam pilularum. *Vires.*

Doſis. à gr. vi. ad x. *Doſis.*

ARTICULUS XXII.

Præcipitatio veneris, inde vitriolum, chryſtalli, calx, & ſpiritus veneris.

Vitriolum, chryſtalli & ſp. veneris.

℞. *Veneris integræ, vel etiam limatæ q. ſ.*

Solvatur in *ſpiritu aceti* ſ. q. digerendo per diem & noctem; vel donec nihil amplius ſolvatur ex venere. tincturam viridem decanta à fæcibus, & in vitro evaporatorio evapora ad cuticulam uſque. tum repone vitrum in loco frigido per XXIV. horas; vel donec lapilli cærulei in fundo concreverint. decanta liquorem reſiduum, & iterum evapora ad cuticulam: iterumque repone in loco frigido, ut lapilli cærulei concreſcant. quos ſuper chartâ purâ leniter ſicca. hi enim vocantur vulgò *Chryſtalli veneris*, itemque *vitriolum veneris*. ſuntque nihil aliud, quam viride æris; poſſuntque per ſe deſtillari, ex retorta vitrea, in *ſpiritum veneris* dictum. vel:

Calx veneris.

℞. *Veneris integræ q. p.*

Solve in *aquâ forti*; ſolutioni inſtilla guttatim *olei tartari per deliquium q ſ.* donec deſinat efferveſcentia. tum digere per noctem. affunde *aquam puram*, & filtra per chartam. ſic in filtro manebit çax *veneris*. quæ exiccanda, & in crucibulo reverberanda eſt.

Uſus.

Uſus. Ingreditur in emplaſtra ſiccantia, & adſtringentia.

ARTICULUS XXIII.

Cœmentatio veneris, & ſaturni, inde æs uſtum, & plumbum uſtum.

Cœmentatio eſt calcinatio; quæ perficitur beneficio pulveris acris, *Cœmenti* dicti vulgò.

Æs uſtum, vel plumbum uſtum.

℞. *Lamellarum veneris, vel ſaturni q. ſ.*

Fiat in crucibulo cum *pulvere ſulphuris* ſtratum ſupra ſtratum, ita ut primum, & ultimum ſtratum, ſit pulveris. repone ctucibilum in ignem circularem, donec ſulphur ſit abſumptum incendio. ſi primâ vice duo hæc metalla non abierunt in ſcorias nigras, quæ in mortario pulverizari poſſunt, repetatur ſtratificatio ſemel, atque iterum, donec poſſunt redigi in pulverem. vulgò in officinis dicitur *æs uſtum*, vel *plumbum uſtum.*

Articulus XXIV.
Præparatio spiritus veneris.

℞. *Viridis æris, vel quod melius.*
Chrystallor. veneris q. p.

Huic adde dimidiam partem *aluminis* vehementer ad totalem egressionem spirituum calcinati. destillentur ex retortâ terreâ vel vitreâ lutatâ, igne aperto, ad totalem fumorum egressionem. spiritum veneris rectifica, & à phlegmate suo separa. *Spiritus veneris.*

Usus. Spiritus hic egregium est menstruum in tincturis antimonii, ut & ex ipsius minera, aliisve metallorum crocis, & calcibus extrahendis. in genere præstat omnia illa, quæ acetum destillatum, sed longè potentius. de quibus ulterius consulatur zwelferus in sua mantissa hermetica de liquore veneris alcahestico; sive aceto esurino. *Usus.*

Articulus XXV.
Tinctura veneris.

℞. *Florum veneris seu chrystall. p. j.*
Sal. ammoniaci p. ij. *Tinctura veneris.*

Terantur in pulverem, & fundantur in crucibulo supra ignem, donec massa tua obtineat colorem ex nigro viridem, removeantur tunc ab igne: omnibus refrigeratis, teratur materia in pulverem, iique affundatur *alcohol vini* ad eminentiam duorum transversorum digitorum, stent in digestione moderata, donec alcohol vini colore smaragdino tinctum sit, & parata erit *tinctura veneris.*

Vires. Hæc tinctura prodest specificè in epilepsia, in atrophia infantium, in obstructionibus mensium, in vermibus. *Vires.*

Dosis Ejus à guttis VI. ad XX. in contenienti vehiculo. *Dosis.*

Articulus XXVI.
Calcinatio saturni, inde minium.

℞. *Saturni crudi*, ℔ i. *Calx saturni, seu minium.*

Indatur patellæ terreæ non vitriatæ, quæ ponatur super carboni

 bus

bus accensis, ut saturnus fluat instar aquæ. agitetur saturnus fluidus spatulâ terreâ tamdiu, donec totus abeat in pulverem; quod dimidiæ horæ spatio eveniet. hic pulvis primò est subniger, si diutius paulò continuetur ignis, evadet flavus: si per horas v. aut vj. urgeatur ignis, fiet pulvis rubicundissimus, qui vulgò in officinis *Minium* dicitur. estque nihil aliud, quam *Calx Saturni* reverberata.

Usus. *Usus.* Inservit parandi liquori, & sacharo saturni: ut & sublimationi cum sale ammoniaco pro parando mercurio saturni.

ARTICULUS XXVII.
Cerussa saturni.

Cerussa saturni. ℞. Lamellas saturni in tenuiss. substant redact. suspendantur super vapore aceti fortissimi. digerantur simul in fimo equino per tres septimanas, donec pulvis albus laminis adhæreat, vel laminæ in totum calcinatæ sint. pulverem à laminis abrade, & laminas restantes denuò vaporibus aceti expone; donec planè in pulverem abeant. dein in usum servetur.

Nota. *Nota.* Quod vires aceti augeri possunt additione vigesimæ partis aquæ fortis.

ARTICULUS XXVIII.
Saccharum, sive magisterium saturni.

Saccharum, sal, sive, magisterium saturni. ℞. *Calcis saturni* (ut superius) præparatæ ℥i. Inde cucurbitæ vitreæ, ac affunde spiritus aceti ℥iij. aut iv. vel ad aliquot digitorum transversorum supereminentiam. digere per dies, & noctes viij. vel donec acetum evadat dulcissimum. tum decanta acetum: filtra per chartam: evapora in vitro ad quintæ, aut sextæ partis remanentiam. sic reliquium abibit, vel in chrystallos, vel in substantiam saccharinam cum adstrictione dulcissimam; unde vulgò *saccharum*, *sal*, & *magisterium saturni* dicitur.

Vires. *Vires.* Externi tantum usus est, refrigerat, repellit: conducit in inflammationum principiis. est frequentissimi usus apud chirurgos in contusionibus, prohibendisque inflammationibus.

Dosis. *Dosis.* Est pro re natâ.

AR-

Articulus XXIX.
Præparatio balsami saturni rubicundi.

℞. *Lithargyrii auri q. p.*

Balsamus saturni rubicundus.

Teratur in pulverem tenuem, huicque affundito *acetum destillatum* ad eminentiam IV. digitorum transversorum. digerantur simul, vel, si mavis, coquantur, spatulâ ligneâ semper agitando, quousque acetum destillatum de acrimoniâ sua remiserit, & dulce factum fuerit. tunc decanta, & filtra; liquoremque filtratum in patina stannea super vapores calidos aquæ ferventis ad consistentiam syrupi tenuioris evaporato. cui affundito aquam pluvialem, ita statim lactescit. iterum filtrato, (quo agendo observabis guttas rubicundas per filtrum descendere) dein evaporato, ut prius: hancque operationem tamdiu repetes, quousque balsamum tuum saturni dulce instar sacchari, & rubicundum instar sanguinis evaserit. singulis hisce filtrationibus partes magis austeræ terrestriores in charta emporetica hærent. sic beneficio hujus operationis præstantissimum ex saturno elicuisti arcanum, quod tam interius, quàm exterius summâ cum laude in usum medicum recipi potest.

Vires. Exterius applicatum curat oculorum rubedinem, ex erosione cutis ab acri catharro exortam. ratione enim particularum plumbearum excipiet ictus salium acrium, quos temperat, & acrimoniâ eos deprivat: ratione verò qualitatis suæ adstringentis, poros lachrymales nimium erosos, & dilatatos, adstringit. balsamum hoc mixtum cum oleo olivarum, & cum eo simul agitatum, donec desinat in unguentum album verè nutritum, præsens est remedium in inflammationibus renum. eorum enim regione hoc balsamo illitâ, statim ardores compescuntur, & sedantur. in contusionibus, (quas inflammatio ordinariò subsequi solet) si dissolvatur balsamum hoc in aquis appropriatis, & tepidè instar fotus applicetur, fœliciter dissolvit. insuper si miscetur cum balsamis sarcoticis, præstantissimum præbet medicamen, carnis generationem promovens, dolores, inflammationes, tensiones, fluxus, & similia vulnerum periculosa symptomata, præcavens. in affectibus oculorum diluitur cum aquâ euphragiæ, fœniculi, rosarum, vel similium, parsque affecta vel plumâ, vel linteo madido,

Vires.

conti-

continuò hoc balſamo inungitur. ita brevi temporis ſpatio magna hæc oculorum moleſtia ſedatur. quod ſi (quod aliquando contingit) fiſtula oriatur in cantho oculi, poſt adhibita mundificantia, ſtatim gutta una, vel altera infundatur; ita brevi tempore fiſtulam carne replebis, & cicatricem obduces.

Interiùs exhiberi poteſt in omni vehementiori hæmorrhagia uteri, & vulvæ: in fluxu menſium nimio: itidem in febribus ardentibus. in genere præſtat omne illud, quod à ſaccharo ſaturni ullo modo expectari poteſt.

ARTICULUS XXX.

Præparatio Balſami ſaturni marte nobilitati.

Balſamus ſaturni marte nobilitatus.

℞. *Limaturæ martis à ſordibus repurgatæ q. p.*

Huic affunde *ſpiritum ſalis rectificatum* ad eminentiam IV. digitorum transverſorum. ſtent ſimul, quouſque efferveſcentia ſedata ſit, ſpirituſque ſalis dulceſcat, quo ſigno apparente, ſpiritum tuum filtrato, & ad dimidiam partem evaporato. dein ei addito æqualem portionem *ſacchari ſaturni*, & igne mediocri ex retorta, liquorem ſuperfluum ad ſiccitatem auferto. ita in fundo retortæ remanebit maſſa rubicundi coloris, dulcis inſtar ſacchari, & validiſſimè adſtringens.

Vires.

Vires. Hujus gr. iv. vel vj. interius exhibita fœliciſſimè ſanant dyſenterias, hæmorrhagias, fluxus menſium nimios, hepaticos & cœliacos. exterius commiſcetur cum vehiculis convenientibus, & injicitur per ſiphonem in vulnera, quorum hæmorrhagias curat; acreſque catarrhos ad vulnera delabentes obtundit, & mitigat. exhibetur inſuper interius in potionibus vulnerariis.

Doſis.

Doſis. à gr. iv. ad gr. x.

ARTICULUS XXXI.

Balſamus ſacchari ſaturni.

Balſamus ſacchari ſaturni.

℞. *Sacchari ſaturni* ℥j.
Sp. ſeu ol. terebinth. ℥iij.

Miſce, & ſtent in digeſtione per ſex dies, donec ſp. rubicundiſſimo colore tingatur, & ſaccharum totaliter ſolutum ſit, addendo

dendo aliquid facchari, quousque solvere nolit ulterius. hoc saccharum efficacius evadet, si ad ℥iv. balsami, addantur camphoræ ʒiv. ut in ea solvatur.

Vires. Mira præstat in podagra calida, si linteolum eo madefactum superponatur. insuper medetur suffusionibus, & rubedini oculorum: & omnia ea præstat, quæ de saccharo diximus, sed cum majore virtute. *Vires.*

Dosis. à gr. I. ad VI. *Dosis.*

ARTICULUS XXXII.

Balsamum Saturni antipodagricum.

℞. *Sacch. saturni* ʒi. *Balsamum saturni antipodagricum.*

Ol. tereb. vel, juniper. ℥iij.

Digerantur per xxiv. horas in arena. dein adde:

Camphor. ʒi.

Castor. pinguis, ʒiij.

Digerantur denuo in balneo mariæ per horas xij. dein liquor usui servetur, à fœcibus prius separatus.

Vires. Egregium est discutiens, & anodynum externum in arthritide vagâ, & omnibus frigidis affectibus nervorum, podagrâ, & chiragrâ. Internè pellit calculum: passionibus hystericis convenit. *Vires.*

Dosis. à guttis ij. ad xij. *Dosis.*

ARTICULUS XXXIII.

Balsamum Saturni anodynum.

℞. *Ol. violar. mediante oleo papav. facti* ℥ij. *Balsamum saturni anodinum.*

Liquoris saturni ℥i.

Misceantur agitando simul super ignem lenem, donec consistentiam acquirant unguenti mollioris. dein adde

Camphoræ in sp. vini rectific. dissolutæ gr. x. Misce,

Vires. Omnibus tam affectibus frigidis, quàm calidis succurrit. summi usûs est in discutiendo, & mitigando humore acri, & corrosivo; si linteum illitum parti affectæ applicetur. *Vires.*

ARTICULUS XXXIV.
Oleum seu liquor, & Tinctura saturni.

Oleum, & tinctura saturni.

℞. *Lithargyri auri* ℥viij.
Aceti acerrim. ℥xx.

Digerantur simul per horas xxiv. dein affundatur *acetum dulcificatum.* evaporetur dein ad oleaginositatem usque. huic superfunde *aquæ pluviæ* ℥vi. vel, viij. ut lactescat. Lactescentem liquorem decanta lentè: dein denuo evaporetur: tum adhuc semel repete, ut odor aceti planè tollatur, & liquor dulcissimus evadat. hujus partem unam serva in vitro clauso, sub nomine *olei dulcis saturni.*

Alteram verò partem ulterius evapora ad consistentiam mellis. huic superfunde *sp. vini rectificatum,* & extrahe *tincturam,* mediante digestionem, quæ erit dulcissima.

Nata primò.

Nota primò Quò sæpius aquæ affusio repetatur, & separatio pulvisculi, eò penetrantius, & dulcius evadit oleum.

Nota secundò.

Nota secundò. Si tinctura intendatur, non opus est parere pulvisculum.

Nota tertiò.

Nota tertiò. Fit & oleum, & spiritus saturni è sale ejus, mediante aceto destillato facto, quod retortæ immissum per se destilletur. sic prodibit oleum fragrantissimum in sat magnâ quantitate, & spiritus inflammabilis instar spiritûs vini.

Vires.

Vires. Refrigerat, & adstringit: libidinem extinguit: omnibus inflammationibus, tàm internis, quàm externis, convenit. ulcera maligna, & erodentia citissimè mundificat, & sanat. oleum plerumque ad externum usum adhibetur; tinctura verò ad internum. ad erysipelas, & inflammationes oculorum, non datur melius lavamentum, vel collyrium, quàm sequens

Collyrium

℞. *Ol. saturni, gutt.* xx.
Tinct. veneris, gutt. x.
Alcohol vini camphorat. gutt. xv.
Aq. rosarum
plantaginis, vel sambuci an. ℥iß.

Misce, fiat collyrium, quo pars affecta sæpius humectetur, & sine dubio sanabitur.

ARTI-

ARTICULUS XXXV.

Amalgamatio jovis, & saturni.

℞. *Limatur jovis*, aut *Amalgama Jovis, & Saturni.*
saturni, q. p.
Mercurii currentis partes ij. *vel* iij.
Misce, ut abeat in massam nec tenuem, nec crassam nimis. hæc dicitur *amalgama Jovis*, aut *saturni*.

Usus. Inservit mechanicis in conficiendis speculis, habetque alios usus in mechanicis. *Usus.*

ARTICULUS XXXVI.

Præcipitatio Iovis, & Saturni.

℞. *Calcem Jovis*, vel *Pracipitatio Jovis, & Saturni.*
Saturni.
Solve eas in *spiritu nitri*, aut *aqua forti*, & cum insigni effervescentiâ abibunt in Calces albas: quas evaporando liberabis à menstruis, & reverberatas, aut edulcoratas aquâ, servabis usui.

Vires. Refrigerant, siccant, adstringunt. Conveniunt ulceribus, & inflammationibus repellendis. suntque tantum externi usûs. *Viris:*

Dosis. est pro re natâ. *Dosis.*

ARTICULUS XXXVII.

Regulus Iovis.

℞. *Stanni anglici opt.* ℥iij. *Regulus Jovis.*
Regul. antimonii ℥ij.
Fluant stannum in crucibilo ignito. tum statim injiciatur quoque pulvis reguli antimonii, & statim hic una fluet cum stanno. effundatur leniter materia fluida in parvum aliquod crucibilum, ut abeat in *regulum*, qui colori erit argento haud dissimilis.

Usu. Inservit parando butyro & bezoardico Joviali. *Usus.*

Processus secundus.

℞. *Regul. antimon. minutissime pulv.* ℥ij. *Regulus antimonii Jovialis.*
imponantur crucibulo, super carbonibus accensis, ignito, expectando,

do, donec regulus omnis fluxerit instar aquæ. tum adde

Stanni anglici integri, ℥i.

Et fluet hoc in momento cum regulo: effunde massam fluidam in conum fusorium, aut crucibulum mundum, & habebitur massa durissima, & albissima, quæ polituram recipit, & argentum mentitur: friabilis tamen est. hanc serva usui. hæc enim dicitur *regulus antimonii Jovialis.*

Usus. *Usus.* Inservit parandis butyro, & bezoardico, jovialibus. mechanicis conducit ad varia paranda instrumenta, & utensilia, ut sunt pætinæ, manubria ensium, globuli, aliaque.

CAP. III.

De antimonii Calcinatione, sublimatione, &c.

ARTICULUS I.

Calcinatio antimonii, inde hepar.

Hepar antimonii

℞. *Antimonii crudi.*
Nitri puri aa. ℥ij.

Terantur in pulverem tenuem, & exacte inter se misceantur, & successivis vicibus conjiciantur in crucibulum candens, ita enim nitrum tuum cum subjecto antimonio sulphureo prompte flammam suscipit, & comburit antimonium, ipsiusque claustra & vincula, (quibus mediantibus, antimonii principia activa, scil sal, & sulphur, ab fuga coercebantur) reserat, illaque activa principia; quæ antea in suis vinculis jacebant inclusa, in actum educit, unde non mirum est, antimonium semel fulmen nitri passum, vehementius operari per vomitus, & sedes, quàm quidem antimonium crudum. hoc enim calcinatum antimoni, à colore, vocatur *Hepar antimonii.*

Usus. *Usus.* Inservit parando crocum metallorum, & antimonium diaphoreticum, &c.

ARTICULUS II.

Crocus Metallorum.

Crocus metallorum.

℞. *Hujus hepatis antimonii q. p.*

Redi-

Redigatur in pulverem subtilissimum. Coque aquâ purâ per quadratem horæ. coctæ, & refrigeratæ instelletur acetum vini, ut crocus ab aqua separetur. edulcoretur postea aquâ pura ter, quaterque; pulvisque ruber bene exiccatus servetur usui, & à chymicis vocari solet *crocus metallorum*.

Vires. Hujus enim grana aliquot liquori vinoso infusa, suis effluviis salino-sulphureis menstruum inficiunt, quæ cum potenter incidere, & fermentare valeant, & contenta intestinorum, uti & ipsam massam sanguinis, potenterque irritare solent, & vellicare ventriculum, intestina, orificia ducti pancreatici, & cholodoci, non mirum, quod sedes, & vomitus inde oriuntur vehementiores. *Vires.*

Dosis. In substantia sunt grana iv. in infuso gr. viij. vel x. verum cum emetica antimonialia hoc incommodi habeant, quod quandoque cum anxietate molestâ, opus suum destinatum perficiant, non immerito in ejus correctionem laborarunt medici. ut autem mitius operationes suas exerceat; *Dosis.*

℞. *Infusionis croci metall. q. s. pro dosi, adde.* *Haustus.*
Syr. violar. ℥j.
Ol. sulphuris per camp. q. s. ad gratam acredinem.
Misce, fiat haustus.

Ita enim ratione dulcedinis syrupi violarum, deliniuntur sales corrosivi antimonii, ac proinde tam molesto motu ventriculum & intestina afficere non valeant. ratione verò olei sulphuris per camp. antimonii exhalationes salinæ, & mercuriales figuntur, & enervantur.

ARTICULUS III.
Antimonium Diaphoreticum.

℞. *Hepatis antimonii pulv. subtiliss. part.* 1. *Antimonium diaphoreticum.*
Nitri puri part. ij.

Conterantur exactè inter sese, & in crucibulo candente comburantur, ut dictum prius. quippe in hac secunda detonatione multum mutabitur facies antimonii, ex hepatino enim seu croceo colore, vertetur in albissimum calcem: ex purgante, & vomitivo violento, transformabitur in sudoriferum blandum. per reiteratas enim calcinationes, sales, & sulphura antimonii, quæ in primâ calcinatione,

cinatione, in actum erant educta, per subsequentes deflagrationes, fugantur in auras, ut unà cum volatilibus nitri partibus, avolant, relinquuntque antimonium, volatili suo sulphure, & sale spoliatum, unde antimonium, principiis suis activis destitutum, nec vomitus, nec sedes ciere potest, sed in poris, quos in igne acquisivit, materiam ætheream vehens, quæ est leviter fermentando, & agitando massam nostri sanguinis, transit in diaphoreticum, & sudoriferum blandissimum, absorbens sales peccantes acido-austeros: sulphur autem antimonii citrinum, unà cum nitro secessum faciens à reliquiis antimonii ferreis, relinquit antimonium colore suo hepatino, seu croceo spoliatum, sub forma pulveris cretacei coloris. Calcinationem verò rite esse peractam, concludet chemicus, ex colore, quem induit antimonium, cretaceo, & cum antimonium ulterius cum nitro inflammari, & incendi recusat: hæc enim signa sunt, sulphura, & sales secessum fecisse, nullumque futuri vomitûs, vel purgantis remanere scrupulum.

Hæc verò calx in aquam pluviam injiciatur, ut omne sal in eadem dissolvatur. agitetur optimè aqua, ut planè turbida reddatur: dein post levem subsidentiam effundatur. sic pulvis subtilissimus aquæ intermixtus in alteram ollam decidet. subsidente pulvere, aqua supernatans effundatur, eamdem operationem repetendo, donec aqua insipida evadat. pulverem restantem super cretam exicca, vel lento solis calore, & ad usum serva.

Nota primò. *Nota primò*. Si nitrum non sit optimè purum, flavi erit antimonium coloris.

Nota secundò. *Nota secundò*. Non debet nimis diu in igne detineri, quia alcalicum evadit nitrum, & antimonium non, ut vulgaris fert opinio, diù calcinando, melius fit, sed deterius. nam solæ particulæ acidæ nitri divisionem particularum antimonii, & fixationem efficiunt: particulæ verò alcalinæ nitri malignitatem potius ei conciliant, particulas illas duriores, & ponderosiores efficiendo, & aërem attrahendo, unde fermentationem quamdam temporis tractu antimonio conciliant, & pristina vomendi qualitas ipsi sic restituitur.

Nota tertiò. *Nota tertiò*. Excellentissimum evadit hoc antimonium diaphoreticum, si cum spiritu vini rectificato per dies vij. vel viij. digeratur, & postea, sine ulla edulcoratione, in usum propinetur.

Nota

Nota quartò. Ex minerâ antimonii (scil. hungaricâ, aut aliâ optimâ) multo candidius, & præstantius diaphoreticum evadet. *Nota quartò.*

Vires. Est blandissimum aliquod alcali, quod acidos humores mirè absorbet, eorumque acrimoniam temperat. hinc multorum, & magnorum morborum, remedium existit: reddit humores fluidos, & à se invicem separat coagulatos, eos volatilizat, atque, ut per poros expelli possint, aptos reddit. unde vulgò dicitur *diaphoreticum*, *lithonthripticum*, & *febrifugum*. & fœliciter dissolvit sanguinem coagulatum, atque sic mumiæ, & sperm. ceti vicem supplet. acuatum aliquo alcali fixo plantarum, & stimulatum gr. j. aut altero scammonii, fit specificum in quartanâ; in obstructionibus diuturnis, aliisque affectibus gravissimis. *Vires.*

Dosis, est à ℈ ß. ad ℈. j. imò ad ʒ. ß. & optimum est, si addatur ℈ ß. salis alicujus plantæ. *Dosis.*

ARTICULUS IV.

Sulphur antimonii verum & inflammabile.

Sulphur. antimonii

℞ *Aquæ regiæ* ℥ iv.
Antimonii crudi minutissimè pulveriz. ℥ j.

Contineatur aqua regia in cucurbitâ oblongâ. tum sensim, & per vices, injiciatur pulvis antimonii, expectando semper, donec cessat effervescentia. pulvere omni injecto, reponatur vitrum in digestionem per xxiv. horas. tùm effundatur tota solutio in ollam aquâ purâ repletam, & tota aqua evadet lactea: decantetur statim aqua lactea in aliquam ollam mundam, & in fundo relinquetur pulvis crassus, & gravis. qui pulvis est ipsum sulphur antimonii. edulcoretur hic pulvis toties aquâ purâ, donec aqua non amplius lactea evadat, sed relinquatur colore talis, qualis affusa est. tum pulverem sicca, & serva usui. hic enim est *verum sulphur inflammabile antimonii.*

Vires. Habetur pro insigni cardiaco, & diaphoretico. præcipuè laudatum est antiquis Chymicis. putatur balsamum sulphuris rulandi fuisse concinnatum ex hoc sulphure. Chymici tincturam hujus sulphuris imprimis quærunt pro suo lapide philosophorum tingendo: habet enim colorem aureum. solvitur more aliorum sulphurum cum oleis destillatis in balsamum sulphuris antimonii. *Vires.*

Dosis est granorum iij. *Dosis.*

ARTI-

ARTICULUS V.
Flores Antimonii albiſſimi.

Flores antimonii albiſſimi.

℞. *Aquam illam lacteam in præcedenti Proceſſu ſulphuris antimonii relictam.*

Repone illam ad quietem, donec albedo fundum petat, & aqua ſuperfluctet limpida. decanta aquam limpidam, & materiam albam relictam novâ aquâ purâ aliquoties edulcora. tum filtra per chartam. coagulum album relictum in chartâ leni igne exſicca in pulverem albiſſimum, qui ſervetur uſui: hi enim ſint *Flores antimonii albiſſimi* dicti.

Vires. *Vires.* Purgant per alvum tantum, idque leniter.

Doſis. *Doſis.* Eſt gr. iij. vel iv.

ARTICULUS VI.
Flores Antimonii rubri.

℞. *Antimonii crud.*
Salis ammoniaci. ana ℥iv.

Terantur omnia ſeorſim. tum cribrentur, & miſceantur: fiatque maſſæ hujus ſublimatio ex cucurbita terrea, in igne aperto, applicato capitello vitreo, quamdiu aliquid adſcendet: quod fit duarum, aut trium horarum ſpatio, & tota ferè maſſa adſcendet in capitellum. removeantur flores ex capitello refrigerato, cum aquâ purâ, effundanturque in ollulam puram, atque aquâ purâ aliquoties edulcorentur, ut ſcilicet auferatur ſal ammoniacum. aquæ omnes rubræ filtrentur per chartam, ut & ipſi flores. ſic in filtro relinquetur maſſa rubra, quæ vel ad aërem calidum, vel ſuper arena lentè exſiccari debet in pulverem rubicundiſſimum, qui eſt inſipidus, & conſtituit *flores antimonii rubros* dictos.

Vires. *Vires.* Ex parte ſunt diaphoretici, nam in totum inflammabiles ſunt, ſulphure antimonii conſtantes: partim quoque vomitum, & ſeceſſum movent. conducunt graviſſimis morbis, maniæ, melancholiæ, aliiſque capitis affectibus.

Doſis. *Doſis.* Sunt gr. iij.

ARTI-

ARTICULUS VII.
Calcinatio antimonii pro vitro.

℞. *Antimonii crudi subtilissimè pulverizat.* ℔.ʃ. Indatur patellæ terreæ non vitriatæ, ponaturque super Carbonibus accensis, agiteturque perpetuò spatulâ aliquâ nec ligneâ, nec ferreâ, verùm ex alia materia, quæ antimonium inficere nequit, sed aut terreâ, qualis est fistula tabacalis, ita ut fumus copiosè exhalet, donec concrescat in globulos. terantur hi globuli rursus, fiatque calcinatio, sicut antea, semper expectando, donec concrescat in globulos, sive grumos, (quod fit tardè, si ignis nec validus nimis, nec imbecillus sit; quod si ignis vehemens sit, statim concrescet) & concretum iterum terendo, donec tandem antimonium relinquatur sub forma pulveris Cineritii coloris, & qui, carboni vivo impositus, fumum non emittat. tum enim *Antimonium* ritè *calcinatum* est pro vitro hyacinthino. *Antimonium calcinatum.*

Usus. Inservit parando vitro antimonii. potest etiam ex hac calce cum spiritu aceti, & spiritu veneris, extrahi tinctura. *Usus.*

ARTICULUS VIII.
Vitrum antimonii hyacinthinum.

℞. *Calcis antimonii præcedenti modo præp. q.s.* Statuatur crucibulum super carbonibus accensis. in hoc ignitum ingeratur calx antimonii, relinquaturque ibi per dimidium horæ, per se, sine ullâ additione, aut boracis, aut florum sulphuris, aut nitri. tum effundatur fluidum antimonium super patellam cupream lævigatam, ut possit fluere in lamellas, quæ ad ignem refrigerentur, ne rumpantur in multas partes, & habebitur *vitrum antimonii pellucidum*, & rubri coloris, quod *hyacinthinum* dicitur. *Vitrum antimonii hyacinthinum.*

Nota bene. Si non sit pellucidum, planè indatur hoc vitrum iterum in crucibulum, & fundatur eodem modo adhuc semel, vel bis, & fiat pellucidum. quod si, ne sic quidem, pellucidum erit, redigatur vitrum obscurum in pulverem, & calcinetur sicut ab initio, donec fumum non amplius emittat, & tum iterum funde, sicut antea. si, ne hoc quidem modo, fiat pellucidum, redigatur *Nota bene*

vitrum in pulverem minutissimum, eique affundatur *spiritus veneris rectificatus*. Digeratur per dies, & noctes XIV. tum decanta tincturam sanguineam, & serva usui. vitrum verò in fundo relictum recipe, & in crucibulo funde, sicut antea, in vitrum antimonii. quod sine dubio erit pellucidum, & hyacinthinum.

Vires.

Vires. Inservit diversis præparationibus, ut oxysaccharo vomitivo, tartaro emetico, vitro correcto vomitivo Zwelferi. per se autem & solum movet vomitum, & secessum, si imponatur vino albo, & per noctem in eo relinquatur. nempe si ℥ij. vini albi imponatur ʒi. vel altera vitri antimonii. solet item infundi cum musto, & redigi in sapam.

Dosis.

Dosis. In substantia sunt gr. iij. vel iv. in infuso gr. vj. vel viij.

ARTICULUS IX.

Sapa vomitiva antimonii.

Sapa vomitiva antimonii

℞. *Vitri antimonii subtilissimè pulverizati* ℥i.
Musti, sive vini recentis ℥xij.

Misce, & digere per diem & noctem. tum filtra per pannum. colaturam evapora ad tertiæ partis remanentiam. sic relinquetur consistentia syrupi, qui vulgò *sapa* dicitur. vel potest etiam amplius evaporari ad consistentiam pilularum, & tum possunt dici *pilulæ vomitivæ*.

Pilulæ vomitivæ.

Vires.

Vires. Purgat per vomitum, & secessum.

Dosis.

Dosis sæpè ʒij. ad ʒiij. pilularum vero datur una ad ipsi magnitudinem.

ARTICULUS X.

Tinctura antimonii.

menstruũ ad tincturam antimonii.

Menstruum ad tincturam antimonii.

℞. *Chrystallor. veneris part.* ij.
Sulphuris mineralis part. i.

Contundantur in alcohol, & misceantur exactè inter se, & retortæ vitreæ committantur, & igne leni destillationem tuam aggreditor: & successivis gradibus prosequitor ad totalem fumorum expulsionem. ita enim videbis flores quosdam sulphuris elevatos

in

in vas recipiens, unà cum liquore acido prædictis floribus inquinato. quem per repetitam deſtillationem rectifica, & obtinebis liquorem clarum, limpidum, acetum acerrimum.

℞. *Vitri antimonii hyacinthini q. p.* *Tinctura antimonii*

Contundatur in alcohol. eique affundito *menſtrui præcedentis* ad eminentiam digitorum tranſverſorum ij. ſtent in digeſtione continuâ, bis, terve de die cum bacillo ligneo agitando (quod nota bene) quouſque menſtruum tuum flaviſſimam tincturam ex antimonio extraxerit. tincturam decanta, &, ſi viſum fuerit, cum novâ ſufficienti quantitate menſtrui iterum tentetur extractio. tincturas confunde, & per alembicum fiat ablatio ſuperflui liquoris, quouſque extractio tua ad olei formam redacta fuerit. huic affunde *alcohol vini* ad eminentiam digitorum transverſorum iij. ſtent in digeſtione tepida ſimul, & obſervabis ſpiritum vini tuum tincturâ antimonii imprægnari. tinctum hunc ſpiritum decanta, & ad remanentiam dimidii per deſtillationem auferto. ita enim obtinebis tincturam antimonii efficaciſſimam. quam ſi magis coloratam deſideraveris, cum croco ſolis ſequenti methodo conjungito.

℞. *Croci ſolis part.* I.
Tinct. antimonii præp. part. iij.

Miſce ſimul in vaſe percellano, & leni igne ad ſiccitatem evaporentur.

Vires. Exhibetur tinctura hæc in omnibus morbis per ſudorem curabilibus. principaliter autem in morbo venereo, lepra, in ſcabie profundâ & inveteratâ; in febribus, apoplexa, contracturis, &c. *Vires.*

Doſis. Tincturæ eſt à guttis v. ad xv. pulveris autem à gr. ij. ad gr. vj. *Doſis.*

Nota. Præparatio croci ſolis ad præcedentem operationem. *Crocus ſolis.*

℞. *Solis per antim. purgati part.* I.
Mercurii à fæcibus, & nigredine lavati part. VI.

Fiat ſecundum artem amalgama. quo commiſce *ſulphuris* duplum totius. Miſce inter ſe, & ſub tegulâ calcinentur, continuò agitando ad totalem ſulphuris, & mercurii expulſionem. ita obtinebis *crocum*, à fœcibus, ſi quæ adſint, abluendum.

ARTICULUS XI.

Pulvis emeticus, ex vitro antimonii correctus.

Pulvus emeticus antimonii correctus.

℞. *Vitri antimonii per se, absque ullo additione facti* ℥vj.
Nitri purissimi ℥ij.

Terantur simul in pulverem tenuem, & calcinantur in crucibulo candenti, ut artis est in antimonii diaphoretici præparatione. calcinatione peracta, massam tuam ex crucibulo exime, & in pulverem conterito: cui affunde aquam tepidam, & edulcora. pulverem in fundo remanentem leni colore exicca, & usui reserva.

Vires.

Vires. Vomitorium est, absque ullo incommodo operationes suas exercens.

Dosis.

Dosis. Exhibetur in substantia, & in infusione, cujus postremum multò securius est, quippe antimoniata in substantia exhibita, & diutius, quàm par est, in plicis & poris ventriculi hærentia, diuturnam præbeat vomitûs mineram, quod non ita obtinebit in antimoniatis in infusione exhibitis, quippe quæ facilius descendunt ad intestina, & fœlicius per inferiora operantur. Dosis hujus emetici est à gr. IV. ad X. vel XX. ad summum in infusione: à gr. iij. ad vj. in substantia. Memento quod hoc vomitorium mitigari poterit, ut emeticum evadat securissimum, ut dictum in infusione croci metallorum cum syr. violarum & ol. sulp. per campanam.

ARTICULUS XII.

Regulus antimonii martialis.

Regulus antimonii martialis.

℞. *Antimonii crud.* ℔ i.
Cinerum clavellator.
Tartar. crudi aa, ℥v.

Pulverizentur, & exactè misceantur inter se, & committantur crucibulo forti, ignique imponantur, quousque inter sese candeant. hoc signo apparente, successivè injicito pauxillum nitri. ita nitrum inflammabitur cum massa, eamque ad fusionem disponet. hoc continua, donec antimonium fluat instar aquæ. in eoque statu per dimidium horæ, vel quadrantem contine. dein effundito

in

in conum fuſorium calentem, ſebo illitum. & à ſuperiore parte leviter concutito latera coni tui fuſorii, ut pars gravior metallica fundum petat. omnibus refrigeratis, maſſam tuam effunde, & in imum ejus inſpicito. ibi enim obſervabis *regulum antimonii martialem*, reſplendentem inſtar lunæ. in ſuperiore parte incides in ſcorias, ex ſeſe ſulphureum odorem eructantes. regulum ab iis ſepara, & uſui ſerva.

Nota bene. Si regulus purior expetatur, iteratò liquefieri debet per ſe indendo fruſtrum unum, vel alterum nitri. ſic denuò ſcorias deponet, & multò purior evadet.

Vires reguli. *Vires*. Regulus hic vomitivus eſt purgans ſeroſos, & putioſos humores. propinatur ex infuſione vini Gallici.

Doſis. *Doſis*. In infuſione a ℈ß. ad ʒi. doſis vini ab ℥ß. ad ℥iß.

ſulphur auratum ex ſcoriis antimonii. Scorias, dum calent, pulverizato, iiſque affunde aquam pluvialem ad eminentiam quatuor, vel quinque digitorum tranſverſorum, coquantur ſimul, quouſque pluviam colore flavo rubicundo imprægnatam animadvertes. tunc filtrato per chartam emporeticam. & præcipita cum cremore tartari, in aqua reſoluto per coctionem, vel per acetum deſtillatum, vel cum phlegmate vitrioli, vel ſp. ſalis. ita enim pulvis quidam flavi, vel rubeſcentis coloris, fundum petit, *ſulphur auratum* dictus. hunc pulverem exicca, &, majoris ſecuritatis gratiâ, fige per flammam alcohol vini.

Vires. *Vires*. Hic pulvis in obſtructionibus tenacioribus reſolvendis, ac proinde in quartana, hydrope, podagra, luë venerea, & ſimilibus affectibus, maximè juvare ſolet. ſpecificè verò adhibetur contra epilepſiam, tàm infantum, quàm adultorum.

Doſis. *Doſis*. Eſt à gran. ß. in infantibus ad gr. vi. vel viij. in adultis.

Liquor aureoflavus. Ex hic ſcoriis, aëri humodo expoſitis, ſtillat liquor aurei coloris, egregium, & præſtantiſſimum remedium in vulneribus ſordidis, & inveteratis, mundificandis, & curandis. inſuper reſolvit potentiſſimè tumores duros ex tartaro fixo noſtri ſanguinis originem ducentes, ut in podogrâ nodoſâ. tophis veneris, & ſimilibus.

Tinctura ex ſcoriis antim. Deinde ſi ex hiſce ſcoriis extrahatur tinctura cum vino malvatico, vinumque hoc ſtilletur ſuper lateres candentes, ita ut fumi copioſi exinde exſurgant, potentiſſimum eſt remedium ad menſtrua obſtructa revocanda. fumus, ſi in ſelâ perforatâ ab ægra excipiatur,

çipiatur, potenter menſes evocare ſolet.

Pocula, vomitum cientia.

Inde etiam fiunt pocula perpetuò vomitum cientia.

℞. *Stanni angl. optim.* ℔j.
Regul. puriſſ. ℥x.

Vel, ſi placet, ana. ſed tum nimis fragilis erit. liquefiat primò ſtannum: dein pulvis regul. antimonii injiciatur. ſtent ſimul in igne per quadrantem circiter horæ, vel donec unita ſunt: dein effunde in figuram quam libet, vel ſchypos vomitorios perpetuos dictos. quibus ſi vinum hiſpanicum, vel gallicum digeres per noctem, imprægnabitur tenuiſſimis effluviis antimonii, ac ea ratione vomitorium, & catharticum evadet.

Inde etiam fit ſtannum argentum colore referens:

Stannu argentum colore referens.

℞. *Stann. anglic. optim.* ℔j.
Reguli antim. depurati ℥iß.
Vener. rubræ ℥ij.

Ita ratione veneris, tollitur livor. fundatur primitus venus. cui tunc addito regulum antimonii, & ſtannum; funde per ignem ſatis ſtrenuum, donec omnia bene ſunt commixta. tunc effunde, & obtinebis maſſam ſonoram, duram, & reſplendentem, ad modum lunæ; ex qua ſupellectilia varia elaborari poſſunt.

ARTICULUS XIII.

Pulvis antihecticus.

Pulvis antihe-ctius:

℞. *Reguli antimonii,*
Stanni optim. ana p. q.

Fundantur ſimul in crucibulo, donec omnia bene ſint unita, & effundantur in cono fuſorio, ita obtinebis regulum valde friabilem; hunc in pulverem tenuem terito, & cum æquali portione *nitri* calcinato, ut artis eſt in antimonio diaphoretico. poſt calcinationem obtinebis maſſam ex cæruleo reſplendentem, quam in pulverem tenuem terito, & cum aqua pluvia edulcorato, leviter agitandum maſſam, ut ſubtiliorem ejus cremorem obtineas, iique grumi regulini ſeparatim maneant in fundo, maſſam edulcoratam leni colore exicca, & ad uſum reſerva.

Vires.

Vires. Exhibetur hoc medicamentum in luë venerea: principaliter in ulceribus inveteratis, ex acri ſale originem trahentibus. exhi-

exhibetur itidem in hecticâ incipienti: in obſtructionibus uteri: & diverſimodè, pro ratione ſubjectorum operari ſolet. in quibuſdam enim per diuræſin operatur: in quibuſdam autem per ſudores: in aliis verò per ſedes. & quandoque ubi ventriculus ſaburrâ oneratur, per vomitum unum, vel alterum, vires ſuas oſtendit. in luë venereâ, ut & in ulceribus inveteratis, commodè exhibetur in decocto guajaci, ſaſſafras, ſarzaparillæ, &c.

Doſis. Exhibetur ſucceſſivè adſcendendo à gr. v. vel vj. ad viij, donec æger nauſeam obſervit, quod ſignum eſt, doſin eſſe ſufficienter, & ad ſummum extenſam. exhibetur in convenienti decocto, mixtura, vel quovis alio appropriato vehiculo. *Doſis.*

Articulus XIV.

Regulus antimonii Medicinalis.

℞. *Antimonii optimi* ℥v.
Salis tartari probe calcinati ℥j.
communis ℥iv.

Regulus antimonii medicinalis.

Miſceantur exacte inter ſe terendo, & committantur crucibulo forti, fundantur ſimul ſupra ignem, donec maſſa inſtar pluviæ fuſa appareat, relinquanturque in eo ſtatu per quadrantem horæ præter propter, effundantur poſtmodum in conum fuſorium excalefactum, & ſevo illitum, ſuperiora coni leviter concutiendo; ita enim cadet regulus ad fundum coni, hærentibus in ſuperficie ſcoriis. regulum à ſcoriis ſeparato, qui ſi bene operatus fuerit, debet eſſe compactus, colorem ſcoriarum ferri referens, non poroſus, quique, ſi teratur in pulverem tenuem, debet eſſe coloris obſcurè rubentis. regulum groſſo modo contuſum conjicite in pluviam, & ab omni ſalſedine abluito, præperatumque erit ſudoriferum ex antimonio tutiſſimum, in quo principia antimonii activa, non ſolum conſervata, ſed etiam cicurata, & temperata ſunt, ut nullius corroſivi ſibi ſit conſpicua. ex occurſu enim ſalis tartari, ſaliſque communis, ſales corroſivi antimonii infringuntur, obtunduntur que, & quodammodo figuntur, antecellit hoc diaphoreticum antimoniale multis paraſangis bezoardi minerali, ut & antimonium diaphoreticum, in quibus principia antimonii, vel in auras ſint diſcuſſa, vel nimium vixata.

Vires.

Vires. *Vires.* Specificum hoc diaphoreticum eſt in febribus tertianis, præcipuè corpore purgato, quo in caſu fœlicius ſolet operari, exhibetur inſuper in omnibus affectibus, ubi ſudores deſiderantur, nec ut vegetabilia ſudorifera ſanguinem accendunt.

Doſis. *Doſis* ejus à gr. xv. ad xxv. ſed cum ſudorifera metallica tardius operari ſoleant, ſequentes formulæ oſtendunt, quô modô cum vegetabilibus miſceri poſſunt, ut:

Pulvis ſudorificus.

℞. *Reguli antimonii med. gr.* xv.
Croci oriental. gr. x.
Salis card. bened. gr. viij.
Quod ſi anodinum volueris, adde
Laud. opiat. gr. iß.
M. F. pulvis. vel

Bolus ſudorificus.

℞. *Diaſcord. fracaſt.* ℈ij.
Confect. de hyacinth. ℈j.
Reguli antim. medic. gr. xv. vel xx.
Tartari vitriolati, vel
Salis prunell. ſi ſitis urgeat gr. x.
Camphoræ, vel
Sacchari ſaturni gr. iij.
M. F. Bolus. ſudorificus.

Vel in forma mixturæ.

Mixtura ſudorifica

℞. *Aq. Menthæ,*
majoranæ,
card. bened. aa. ℥iß.
Regul. antim. med. gr xx.
Ocul. cancri præparat. gr. xv. *vel* xx.
Laud. opiat. gr. ij.
Syr. de mentha ℥j.
M. F. Mixtura, cochleatim exhibenda.

ARTICULUS XV.

Tinctura metallorum.

Tinctura metallorum.

℞. *Regul. antim. martialis* ℥ij.
Stanni optim. anglici.
Veneris rubræ aa. ℥j.

Funda-

Fundantur in crucibulo, igne ſtrenuo, ita ut cuprum totaliter diſpareat, quô peractô, effundantur in cono fuſorio.

℞. *Hujus maſſæ* ℥i.
Nitri puriſſim. ℥xij.

Terantur in pulverem, exacte inter ſe, & ſucceſſivis vicibus conjiciantur in crucibulum candens, coquanturque ſimul, donec maſſa tua converſa ſit in ſcorias ex cæruleo virideſcentes, maſſaque tua igneam acquiſivit acrimoniam: tunc maſſam tuam in conum effunde & antequam humidum aëris attrahere queat, in pulverem terito, iique affundito *alcohol vini puriſſimi* ℥xx. ſtent in digeſtione per 24. horas, & ſpiritus tuus vini rubello colore tingetur, & in gremio ſuo occultabit prædictorum metallicorum ſales, reſolutos primitus per ſales corroſivos antimonii, & poſtmodum per fulmen nitri, habebiſque potentem *tincturam metallorum.*

Vires. Hæc tinctura obſtructiones pertinaciores noſtri corporis potenter reſolvit, malumque per diureſin expellit, enervat fermenta omnia acido-auſtera, confortat ventriculum, hepar, lienem, aliave viſcera. exhibetur in ſcorbuto inveterato, in obſtructionibus menſtruorum, lienis, meſenteriæ; in dolore nephritico; in gonorrhæâ, & luë venerea. *Vires.*

Doſis. Eſt à guttis x. ſenſim adſcendendo ad gutt. xxx. in vino molli Gallico, vel Hiſpanico. *Doſis.*

ARTICULUS XVI.

Balſamum ſulphuris antimoniale.

℞. *Salis mirabilis Glawberi q. p.* *Balſamum ſulphuris antimoniale.*

Fundatur in crucibulo, eique ſucceſſivè adjicito particulas *antimonii*, inſtar piſorum, quouſque conſpicies ſal tuum eſſe ſufficienter imprægnatum antimonii. quo in caſu ſal mirabile antimonium ulterius diſſolvere recuſat. tunc relinques ſupra ignem, donec aliquo modo frigeſcere, & in duritiem concreſcere incipit. poſtea eximes ſal tuum ſulphureum antimoniale adhuc ferè calens, & in pulverem contundito (ſecus enim humidum aëris ſibi facile conciliare ſolet) eique affundito *oleum ſuccini rectificatum*, ad eminentiam duorum digitorum transverſorum. digerantur ſimul per noctem, & manè ex retorta vitrea inſtituatur deſtillatio.

 ita

ita oleum ſuccini ſecum rapit puriſſimam partem ſulphuris antimonii, conſtituetque *balſamum ſulphuris antimoniale* maximarum virium, quod interiùs, & exteriùs ſummo cum ægrorum levamine præſcribi poteſt.

Nota. *Nota*, Quod hoc balſamum in principio vehementer fætet, ſed poſt menſem unum, aut alterum, maxima fætoris pars perit.

Vires. *Vires.* Interiùs exhibetur in affectibus pulmonum ex acri, & corroſivo ſale oriundis. inſuper adhibetur in dolore colico, paſſione hyſtericâ, obſtructionibus menſium, & ſimilibus affectibus. exteriùs applicatum, diſſolvit potenter tumores duros, glandulas induratas, & cum egregio ſucceſſu exhibetur partibus frigore exuſtis. in genere id totum præſtat, quod à balſamo ſulphuris vulgari expectari poteſt.

Doſis. *Doſis.* eſt à guttis v. ad x. in convenienti vehiculo.

ARTICULUS XVII.
Butyrum antimonii.

Butyrum antimonii

℞. *Antimonii crudi.*
Mercurii ſublim. corroſiv. aa. q. p.

Terantur in mortario vitreo, & exacta inter ſe miſceantur conjiciantur in retortam vitream, & ex arena ſucceſſivis gradibus inſtituatur deſtillatio. in fine deſtillationis excitetur ignis ſuppreſſionis, illumque continua, quouſque omnes fumi præterierint, vasque recipiens clarum evadat. hac in operatione ſales vitrioliſi, nitroſi, & ſales communes rodunt puriorem ſubſtantiam antimonii, illamque in formam coagulati ſecum vegunt, concreſcuntque in forma butyri. omnibus refrigeratis, vas recipiens aufer, *liquoremque glacialem*, ſeu *butyrum antimonii*, ac per novam cucurbitam vitream ex arena rectifica, quouſque ab omni fuligine, & ſordibus, liberatum ſit. quo in caſu inſtar nivis candidum erit.

Vires. *Vires.* Butyrum antimonii eſt tantum externi uſus apud Chirurgos in tollendis partibus corruptis, ſedulam verò requirit manum, cum plumaceolo pars affecta leviter inungitur, vel ulcus ſerpens circumducitur, ne ulterius ſerpere poſſit. interni uſus per ſe non eſt, ſed exinde fiunt bezoardicum minerale, & mercurius vitæ. proprietas hujus butyri eſt admirabilis, quòd ſcilicet non tantum cum acido nitri efferveſcat, ſed etiam cum ſalibus alcalicis tartari, nitri & ſimilium.

ARTI-

ARTICULUS XVIII.

Mercurius vitæ, ejusque securatio.

℞. *Butyri antimonii rectificat. q. p.*

Guttatim butyrum tuum antimonii instilla in pluviam. ita enim pluvia absorbet sales in sese butyri antimonii corrosivos, præcipitante se regulo antimonii ad fundum vitri, in forma pulveris candidissimi: hunc pulverem bene edulcora, & intra chartas emporeticas complicatas exicca, diciturque hic pulvis, sed perperam, *Mercurius vitæ*, quippe non mercurio, sed antimonio suam debeat originem. *Mercurius vitæ.*

Vires. Emeticum, & catarticum est vehementissimum, quippe in hoc subjecto antimonii principia activa (sales & sulphura) ex suis vinculis tenebrosis exstricata in summum vigorem sunt educta, per sales corrosivos mercurii sublimati: idcirco summa cum cautela interiùs exhiberi debent in luë venerea inveterata, ut & in obstructionibus pertinacissimis. mercurius vitæ commodissimè exhibetur in extracto catholico, aliisve purgantibus ad gr. ij. sed medicus summa ope niti debet, ut per convenientia cardiaca mixta cum foliis solis, utpote per confectionem alkermes, de hyacinthis, & similia, ægrorum vires restaurentur, & conserventur. *Vires.*

Dosis ejus in substantia à gr. ij. ad iv. in infusione ad gr. vj. vel infusio præparetur sequenti methodo. *Dosis.*

℞. *Mercur. vitæ* ʒij. *Infusio merc. vitæ.*

Vini gallici ℥xx.

Stent in digestione tepida per horas xij. sæpius commovendo. deinde vinum clarum a fæcibus separa per inclinationem, majoris securitatis gratiâ.

Dosis ab ℥ß. ad ℥i. ß. *Dosis.*

Ut mercurii vitæ promptitudo agendi paululum refrænetur, misceatur cum sale mirabili glauwberi, sequenti methodo: *Securatio mercurii vitæ.*

℞. *Sal. mirabil. glawberi part.* ij. *vel*, iij.

Mercurii vitæ partem j.

Affunde sal mirabile in crucibulum, eique fluenti misceto Mercurium vitæ, & bacillo ligneo inter se bene agitato. hoc peracto

effundantur, & aquâ pluvia, ubi deferbuêre, omnem ſalem auferto. ita obtinebis Mercurium vitæ ſecuratum, & maximâ ex parte emeticâ ſuâ vi deorbatum, & privatum.

Doſis. *Doſis* in ſubſtantia eſt à gr. iv. ad viij. cum extracto de ſucco roſarum, catholico, & ſimilibus.

ARTICULUS XIX.

Purgans ex Mercurio vitæ ſecuriſſimum, aliter.

Mercurius Vitæ correctus.

Mercurius vitæ correctus.

℞. *Mercurii vitæ* ℥j.
Nitri puriſſimi ℥iv.

Fundatur nitrum in crucibulo, iique fuſo per vices admiſce mercurius vitæ, & obſervabis nitrum ex ſe eruptare fumum rubeſcentem, nitrum colore aureo infici, quod ſignum eſt ſulphuris antimonii extraverſi. fuſione peracta, omnibuſque refrigeratis, maſſam ex crucibulo exime, & miſceto *cum ſale communi* ad pondus omnium, teranturque ſimul per dimidium horæ, quò diutius, eò melius; quo peracto, omnem ſalem per edulcorationem aufer, & mercurium tuum in fundo remanentem, & vi ſuâ emeticâ ſpoliatum, exicca; ita obtinebis mercurium vitæ correctum, per inferiora tantum operantem. hac in operatione ſal, & ſulphur antimonii corroſivum, quæ in mercurio vitæ in ſummum vigorem erant educta, per ſalem nitri, & ſalem communem leviter tantum figuntur, & ſecurantur; ita ut per vomitum nullo modo operari queant, ſed tantum per ſeceſſus.

Vires. *Vires.* Purgat blandè abſque torminibus. phlegmata tenacia incidit, & attenuat. exhibetur in pertinacioribus corporis humani obſtructionibus reſerandis, & evacuandis, & idcirco in melancholia, hypochondriaca, obſtructionibus lienis, pancreatis, uteri: in quartana, arthritide, & ſimilibus morbis medicamen eſt magnarum virium, tutiſſimumque. habet etiam hoc peculiare, quod poſt purgationem abſolutam, alvum ſui memorem reſervet: quod non ita conceditur vegetabilibus, quæ poſt ſuam operationem, alvum conſtipatam relinquere ſolent.

Doſis. *Doſis* eſt à gr. iij. ad vj. vel viij. cum extracto roſarum, catholico, vel ſimili vegetabili.

ARTI-

Articulus XX.

Spiritus vitrioli philosophicus.

℞. *Aquam illam*, in quâ butyrum antimonii fuit præcipitatum pro mercurio vitæ parando. filtra per chartam, & evapora, forte ad remanentiam duarum, vel trium unciarum. tum residuam destilla ex retorta vitrea, in arena, & prodibit primò aqua insipida. quando jam incipiunt cadere guttæ acidæ, tum applica novum recipiens, & destilla ad siccitatem usque, & accipietur spiritus acidus penetrantissimus, qui servetur usui. est hic spiritus compositus ex spir. vitrioli, salis communis, & nitri. mercurius enim sublimatur cum vitriolo calcinato, & sale communi decrepitato, & nitro, idque bis, vel ter, vel etiam pluries, unde maxime corrosivus evadit, accipiendo in se spiritus acidos prædictorum salium. in butyro verò antimonii illi spiritus acidi prodeunt in recipiens, & in mercurio vitæ cum aqua edulcorantur, & separantur ab antimonio. huic apparet, venenum mercurii sublimati consistere in salis particulis acidis, quæ hic in spir. acidum colliguntur. *Spiritus vitrioli philosophicus.*

Vires. Magni faciunt hunc spiritum chymici, qui credunt eum peculiare aliquid possidere ex mercurio, quia nempe cum mercurio per longum tempus habitavit. imprimis autem commendant in doloribus capitis sedandis: in movendo urinam. *Vires.*

Dosis est aliquot guttarum, trium scilicet, quatuorve. *Dosis.*

Articulus XXI.

Bezoardicum Minerale.

℞. *Butyri antimon. recentis rectific. q. p.* *Bezoar minerale.*
Spiritus nitri acerrimi q. s.

Butyro tuo affunde, successivè spiritum nitri, & vehementer simul ebulliunt, vigenturque sales volatiles corrosivi antimonii per acidum nitri. effervescentiâ peractâ, per continuatas spiritus nitri affusiones, liquor supernatans evaporetur ad siccitatem pulveris; qui postmodum in crucibulo forti igniatur per horam dimidiam, ad totalem spiritûs nitri acidi expulsionem. ita enim obtinebis cor-

pus aridum, nullo ſenſibili odore, vel ſapore præditum, quod chymici vocari ſolent *Bezoar minerale*, in quo principia activa, per ſales corroſivos mercurii ſublimati in ſummum vigorem educta, de novo cum acido nitri ſunt fixata, & ad quietem reducta.

Vires.

Vires. Eſt inſigne diaphoreticum magnorum morborum remedium, ſummo cum ſucceſſu exhibetur in omnibus morbis per ſudores curandis, præſertim in illis, in quibus à ſpirituoſis, oleoſis, & ſalinis volatilibus metuitur inflammatio ſanguinis. peſti, lui venereæ, ictero, venenis, cæteriſque morbis contagioſis adverſatur.

Doſis.

Doſis hujus bezoardici meneralis eſt à gr. v. ad xv. exhibetur ordinariò cum theriaca, croco, diaſcordio, confectione de hyacinthis. & experientia edocuit, quòd ſi huic bezoardico diaphoretico addas grana aliquot ſalis herbarum fixi, utpote abſinthii; card. bened. itidem gr. unum, vel alterum laudani opiati fœliciſſimè opus perficiat. ut:

Bolus ſudorificus.

℞. *Bezoard. mineralis*,
Croci britann. vel optim. an. gr. viij.
Laud. opiat. gr. j. ß.
Sal. card. bened. gr. xij.
Confect. de hyacinthis, vel
Diaſcord. fracaſt. q. ſ. ad formam boli
M. F. ſudoriferum. vel:

Pulvis ſudorificus.

℞. *Sal. abſinth.*
Card. bened. an. gr. xij.
Bezoard. mineral.
Croci optim. an. gr. vj.
Ocul. cancror.
Corallor. rubr. præparat. an. gr. v.
Laud. opiat. gr. j.
M. F. ſudoriferum.

ARTICULUS XXII.

Bezoardicum minerale ſine ſublimato.

Bezoardicum minerale ſine ſublimato

℞. *Regul. antimonii à ſcoriis ſeparati* ℥j.
Aq. regiæ ℥iij.

Miſce

Miſce invicem, & digerantur per duos dies, donec omnis regulus in pulverem albiſſimum abeat. huic poſtea ſuperfunde magnam quantitatem aquæ communis. ſic præcipitabitur pulvis albiſſimus, ſæpius recenti affuſâ aquâ edulcorandus.

Vires. Egregium eſt ſudoriferum & bezoardicum, omnibus morbis per ſudorem curabilibus conveniens. *Vires.*

Doſis. à gr. iij. ad xij. *Doſis.*

Articulus XXIII.
Spiritus nitri bezoardicus.

℞. *Illum ſpiritum nitri*, cum quo bezoardicum minerale fuit præparatum, & cohobatum. ſerva hunc uſui. hinc enim eſt *ſpiritus nitri bezoardicus* dictus; non quòd vim bezoardicum contineat, ſed quia à bezoardico menerali aliquoties abſtractus eſt. *Spiritus nitri bezoardicus*

Uſus. Eſt vera aqua regia ſolvendo ſoli deſtinata. imprimis hunc chymici laudant in volatilizando ſole, eumque per retortam pellendo. quod etiam præſtat, quia valde pinguis eſt, & lentitudine ſuâ calcem ſolis facile per retortam abripit in recipiens. eam tamen nullo modo reſolvit, ſed illam iterum in perfectum ſolem redire ſinit. hic habetur proceſſus pro magno arcano apud Schroederum. *Uſus.*

Articulus XXIV.
Cinnabaris antimonii.

℞. *Caput mortuum antimonii*, relictum in deſtillatione butyri antimonii. indatur retortæ vitreæ loricatæ, fiatque deſtillatio in igne aperto, ita ut retorta probè igniatur. & minus, aut ſeſqui horæ, ſpatio, totum caput mortuum butyri antimonii ſublimabitur in collum retortæ, relicto in fundo retortæ pauxillo antimonii crudi, quod chymicis *antimonium regeneratum* dicitur. retortâ refrigeratâ, & fractâ, eximatur Cinnabaris antimonii, ſeperaturque à ſcoriis, & mercurio currente, & hærente in principio colli, ſerveturque uſui. Cinnabaris redacta in pulverem à chymicis adhuc aliquoties rectificatur, & ſublimatur per ſe, ex retorta vitrea in arena. ſic tandem evadit puriſſima, & rubicundiſſima. *Cinnabaris antimonii.*

dissima. imprimis si circa finem collo retortæ imponatur carbo ignitus : hic enim sulphur in Cinnabari exaltat, & pulchrum conciliat colorem.

Vires. *Vires.* Intra corpus exhibita medetur epilepsiæ, aliisque morbis, qui à fermento acido dependent. cum enim epilepsiæ producatur ab acido, hæc verò cinnabaris acidum destruat, inde concluditur alcalinæ, & sulphureæ naturæ esse, utrumque enim hoc principium acidum temperat. chymici ex hoc cinnabari, ex decoctione, parant sulphur antimonii. deinde ex hac cinnabari etiam conantur augmentari solem.

Dosis. *Dosis* sunt gr. ij. aut iij.

CAP. IV.

De mercurii calcinatione, præcipitatione, sublimatione, &c.

Notæ ganerales super mercurii calcinationem, præcipitationem, & sublimationem.

Nota primò. NOta primò. Quanta & qualia fuerint, circà hunc protheum figendum, alchemistarum molimina, & conatus, illis, qui à lumine tantum spagyricorum scripta salutarunt, innotuisse credo, nil ferè hi intentatum relliquêre, imo superos, & acheronta moverunt, ut mercurius, reduci nesciens, cupellæ examen sustinere posset, sed illud, quippe, non nisi liquore alkahestico, vel tincturâ suâ magnâ physicâ universali, perfici posse, affirmant adepti, quos penes fides sit. verùm cum hic alchemica tractare animus non sit, & præcipuè versemur in experimentorum Chemiatricorum investigatione, ad examen revocabimus diversa mercurii præcipitata, quæ calcinatione immersiva, cum aquis fortibus, spiritubus nitri, oleo sulphuris per camp. vitrioli, ex mercurio elaborantur.

Nota secundò. *Nota secundò.* In his, ut, quid Chemicus moliatur, pateat, considerabimus mercurium constare ex minimis globulis, infinitæ tenuitatis, qui continuò ab æthere rotantur. circumvolvuntur, & in perpetuo detinentur motu, ac fluore, quibus si affundantur menstrua corrosiva (quæ reverâ nihil aliud sunt, quam tenuissima salium ramenta, angulis acutissimis constantia) mercurius pristino fluori

ſuo fluori renuncians, vertitur in pulveres quieſcentes, præcipitata ſcil. alba, rubra, incarnata, &c. hæc quippe ramenta ſalina globulos mercurii, circum ſuos axes volubiles, ſibi mutuò diverſis connexubus alligant, unde illorum fluorem tolli neceſſum eſt, quod facile ad oculum demonſtrari poterit, in globis ſphæricis ligneis, qui, cum ſeorſim moventur, rotabiles ſunt in omnes partes: hos verò ſi clavis ferreis diverſimodè inter ſe ligaveris, non ut antè circum axes ſuos mobiles erunt, ſed juxta ſe mutuo quieſcent.

Nota tertiò. Idem accidere mercurio, ſalinis ramentis immerſo, facilè concludet Artiſta, ſi accuratiùs inſuper perpenderit, quàm facilè Mercurius, renuncians ſuæ quieti, de novo redeat ad priſtinum fluorem: præcipitata enim mercurii, ſi miſceantur cum ſale tartari, calce vivâ, cineribus clavellatis, & ſimilibus, intercedente actione ignis, volubilia evadunt ut antè, quippe horum ſalium, & ignis interventu, infringuntur, & deſtruuntur ſales menſtruorum corroſivorum acidorum, & ſoluta combinatione ramentorum ſalinorum cùm globulis mercurii, hi antiquum obtinent, & deſcribunt mercurium currentem, vivum, mobilem ut antè. *Nota tertiò.*

Nota quartò. Idem præcipitatis accidere poſſe, dum ægris deglutienda propinantur, facilè ex præcedentibus colligere poterit Medicus, ſi reſpexerit ad naturam fermenti ſtomachalis & inteſtinorum, quorum actioni, ſales globulos mercurii ligantes, reſiſtere nequeunt, ſed præcipuè per alkali bilis volatile deſtructi, ut antè, cum ſalibus alkalicis fixis, demonſtatum) mercurii vivi formam aſſumunt. *Nota quartò.*

Nota quintò. Deteget inſuper inveſtigator ſedulus, quarè mercurius, per inunctionem introductus (ni prudentiſſimè regatur) tàm funeſta ſoleat movere ſymptomata, exulcerationes oris, vomitus, ſedes, ptyaliſmos, &c, ſi obſervaverit, quam prompte mercurius abſorbeat ſales quoſvis corroſivos, undè dum perreptat undiquaquè corporis humani partes, inſtar magnetis, in ſe ſuſcipit ſales acres corroſivos in corpore deliteſcentes, quibus exaſperatus, impetum faciendo in ductus, glandulaſquè ſalivales, eorum orificia erodit, ſalivas movet, & infeſtâ ſuâ acrimoniâ totum os exulcerat, hujus aute mfuror ſi in infeſtina ruat, diarrhϾ *Nota quintò.*

exoriuntur periculosæ, ventriculi verò membranæ sensiles cum irritantur, acrium salium vellicatione inimica, ingratum hunc motum Spiritibus Animalibus (mediantibus nervis) communicant, qui à placido & regulari motu aberrantes, tumultuario motu influunt in fibras ventriculum contrahentes, undè vomitus pertinaces, tum demùm desinentes, cùm minera mercurii corrosivi per crebros vomitus exhausta est, vel prudentis Medici consilio & ope destructa.

Nota sextò. *Nota sextò.* Ad hæc funesta Mercurii symptomata evitanda, non abs re solliciti Chemiatri, qui cùm observassent quàm potentèr esset resolvendo Mercurius pertinaciores obstructiones, incidendo, attenuando, & fermentando pituitam viscosam, tenacem, salesque corrosivos eliminando ex corpore humano, sed molestissimos & periculosos mercurii motus metuentes, cogitare ceperunt, de furore hujus medicaminis refrænando, tandèmque experti sunt, mercurium per amalgamationes cùm metallis, magnà ex parte cicurari, quippe si secundum artem, mercurius cum auro, argento, stanno societatem ineat, & iiscum amalgama describat, postmodùmque per Spiritum nitri vel aquas fortes figatur, vel per sudores, vel modestè per inferiora operabitur, pro diverso præparandi modo, & exhibendi methodo, quippe hæc præcipitata multùm sequuntur motum eorum, quibuscum exhibentur; cùm purgantibus plerùmque purgant, cum sudoriferis & opiatis potissimum per sudores operantur. In his mercurii cum metallis connubiis, globuli mercurii se intimis metallorum poris insinuantes, interventu Spiritûs nitri, vel aquarum fortium, non tantùm ligantur inter se, (ut dictum in præcipitatis vulgaribus) sed firmitèr insuper annectuntur metallis, quæ potentiùs resistentia fermentis ventriculi & intestinorum, globuli mercurii pristinæ libertati non ità facilè restituuntur, sed quiescentes inter partium metallicarum amplexus, placidiùs per sedes, vel sudores opus suum perficiunt.

Nota septimò. *Nota septimò.* Prout autem mercurius, cùm diversis salibus, in calcinationibus & præcipitationibus suis, coire cogitur, eâtenùs etiam sub diversorum colorum larvâ apparare solet, quibus destructis, immutatis, vel separatis, colores itidèm variantur, vel periunt, uti hoc in solutionibus metallicis cum diversis menstruis observare

ſervare licet, ità cuprum cum ſale acetoſo vini ſolutum virideſcit, cum ſale quovis volatili alkalico combinatum, azuream induit tincturam, quam oleum vitrioli deſtruit.

Nota octavò. Quemadmodùm globuli mercurii, in calcinatione immerſivâ, ſibi mutuo alligantur ope ramentorum ſalinorum aquarum fortium, ſpiritûs nitri, vitrioli, ſulphuris p. c. & ſimilium, & iiſcum deſinunt in diverſorum colorum præcipitata, ità & iidem globuli, ſimilibus ramentis ſalinis intricati, igniſque vi & motu in altum elevati, deſcribunt *ſublimata corroſiva.* *Nota octavò.*

Nota nonò. Mercurius enim diſſolutus in aquâ forti & ad ſiccitatem evaporatus lento igne, ſi miſceatur cum ſale communi, & lege artis ſublimetur, globuli mercurii ad ſuperiorâ vaſis ſublimatorii propulſi, ſecum rapiunt prædictorum ſalium ramenta, quibuſcum concreſcentes & exaſperati, efformant *ſublimatum corroſivum.* *Nota nonò.*

Nota decimò. Idèm obtinebit artiſta, ſi mercurium crudum conteri jubeat cum colcothare vitrioli, nitro & ſale communi, ità enim globuli mercurii per continuatas trituras, in ſe ſuſcipiunt prædictorum ſalium ramenta, eorumque fluor tollitur (quod chemici mercurii mortificationem vocant) quippe ſpicula hæc ſalina, ſe globulis mercurii undiquè immergentia, variis connexibus eos inter ſe ligant, dum autem ignibus poſtmodùm exponuntur ſublimanda, ſales globulis mercurii irretiti & intricati, ſimùl elevantur cum mercurio, & eocum concreti, laboranti præbent vulgare illud *ſublimatum corroſivum*, quod Veneti magnâ copiâ ad nos tranſmittere ſolent: hac enim in operatione cum ſpicula ſalina non ita profundè globulis mercurii ſint immerſa, quin extrà ſuperficiem globulorum mercurii, multis in locis mineant, neque in primâ hac ſublimatiône, ſalium angùli acuti, ex reactione quam patiuntur cum globulos mercurii aggrediuntur, multùm infringantur, & obtunduntur, ſublimatum hoc corroſivum manere neceſſùm eſt, undè interiùs aſſumtum periculoſi veneni vices gerit, erodens membranas æſophagi, ventriculi, inteſtinorum, undè ardores, vomitus, ſedès, tormina, convulſiones, contracturæ &c. *Nota decimò.*

Nota undecimò. Si verò ſublimatum hoc corroſivum de novo miceatur, cum eâ mercurii vivi quantitate, donec mercurium currentem mortificare recuſet, intercedente ſublimatione, multùm muta- *Nota undecimò*

mutabitur facies ſublimati corroſivi, quippè quod *corroſivum* erat antè, illud *inſipidum* evadit, quodque vomitus, ſedes, & tormina excitabat, illud non niſi blandè per inferiora operatur, ſi intrà terminos legitimæ doſis ſe contineat medicus. In ſecundâ hâc mercurii ſublimati corroſivi triturâ & ſublimatione cum mercurio currente vivo, acuti ſales qui extrà ſuperficiem globulorum mercurii eminebant, undiquè globulis mercurii currentis involvuntur & immerguntur, quod planè peractum eſſe cognoſcet artifex, ubi ſublimatum corroſivum mercurium vivum ulterius aggredi recuſat, ipſiuſque globulos currentes intactos, & ſui juris rellinquit.

Nota duodecimò.

Nota duodecimo. Sales itaque globulis mercurii undique involuti, intercedente ſublimatione, profundè ſe iis immergunt, quod fieri inſupèr nequit, quin ſalium anguli acuti, dùm impetum faciunt in globulos mercurii, multùm debeant infringi & obtundi, hinc ſublimatum corroſivum reiteratâ hac ſublimatione cum mercurio vivo, remittit de acrimoniâ ſuâ, inſipidum evadit & à Chemicis deſcribitur, ſub titulo *Mercurii dulcis*.

Nota decimò tertiò.

Nota decimò tertio. Hic cum extractis purgantibus exhibitus, potentèr pituitas viſcoſas & tenaces incidit, attenuat, obſtructioneſque ſolvit pertinaces, quod fœliciùs abſolvit & perficit quam vegetabilia purgantia, quorum partes nimìs ſunt flexiles, minùs conſtantes in ſuo motu, faciliùſque ſuperantur à fermento noſtri ſanguinis, metallicum verò hoc purgans, rigiditate ſuorum ſalium, partium metallicarum firmitate & pondere altiùs penetrat, impetumque in partes obſtructas facit majorem, diutiuſque circulum ſuum cum ſanguine abſolvit, undè poſt hujus purgantis uſum alvus ſui memor manere ſolet, nec adeo ſegnis, & iners evadit, uti illud, poſt purgantum vegetabilium uſum aceidere ſolet.

Notæ generales ſuper omnia præcipita, & calcinata.

Nota primò.

Nota primo. Quæcumque ſale aliquo corroduntur, & imminuuntur, qualitates priſtinas pro parte immutant, & alias pro ratione ſalis adjuncti acquirunt. ſic mercurius ſublimatus fit vel corroſivus, vel dulcis, prout majorem, & minorem ſalium obtinet quantitatem, & qualitatem. ſic butyrum antimonii præbet mercurium

curium vitæ multò debiliorem in operationibus, quàm antea fuit butyrum, multò verò fortiorem, quàm vitrum antimonii, vel crocus metallorum, quoniam ſalibus magis activis, & in majori copia præditus eſt.

Nota ſecundò. Salia corrodentia immutant etiam ſubjectum ratione volatilitatis, vel fixitatis. ſic metalla acido aliquo ſoluta magis volatilia redduntur, & nunquam in metallum priſtinæ naturæ abirent, niſi denuò, à ſale contrario alkalico, ab acidis illis particulis liberantur. ſic luna ſoluta in aqua forti, & præcipitata, nuquam in corpus priſtinum reduci poterit, ut ut mediante aquâ communi liberetur à ſalibus ſuperfluis, niſi addito ſale alcali tartari, quod ſeſe inſinuans poris illarum partium metallicarum acidum inibi latens mortificet. *Nota ſecundò.*

Nota tertiò. Qualitas præcipitatorum, & quantitas augetur à particulis ſalinis, inibi latitentibus. ſic crocus martis multò fortior, & ponderoſior exiſtet, quam antea fuit ferrum. ſic plumbum uſtum, magiſteria omnia multò ponderoſiora, poſt præcipitationem, evadunt. *Nota tertiò.*

Nota quartò. Qualitas in totum immutatur à ſalibus, ubi diverſam illis particulis figuram inducunt. ſic corallia in acido ſoluta adſtringunt, & conſtipant: per ſe exhibita magis aperiunt, & acidum infringunt. ſic acetum deſtillatum extrahit tincturam adſtringentem, ſpiritus verò nitri tincturam aperientem è marte. ſi verò à pleriſque ſalibus liberanda ſint illa corpora, mediante contrario ſale mortificetur ſal diſſolvens; dein cum aqua calidâ edulcorentur. ſignum latentis cujuſque corporis in liquore, ſeu aqua edulcorante, eſt, ſi guſtum præbeat acrem inſtar calcis vivæ, vel guſtum præbeat metallicum. ut ſi luna ſoluta ſit, & præcipitata, guſtum præbebit amarum: ſi mars, guſtum ſubdulcem: & ſic de cæteris metallis. *Nota quartò.*

Nota quintò. Vires præcipitatorum in genere hujuſmodi ſunt. vomitum, & ſeceſſum movent: ſalivationem inducunt: carnem abſumunt: ulcera, furfures, & lentigines tollunt. pro ratione verò, & modo præcipitationis differunt in viribus: ſic præcipitatus albus duplò fortior eſt præcipitato luteo: præcipitatus ruber duplò fortior eſt albo. albus præcipitatus inſuper coſmeticus eſt. præcipitatus verò ruber rariſſimè interni uſus, ſed plerumque inſervit excreſcentis carnis abſumendis. *Nota quintò.*

ARTICULUS I.

Mercurius præcipitatus albus, & ruber.

℞. *Mercurii crudi non adulterati* ℥ij.
Aquæ fortis (paratæ ex vitrioli calcinati, & nitri puri ana) ℥iv.

Miſceantur in cucurbita parva vitrea, reponanturque ſimul, per noctem, vel donec mercurius ab aqua forti fuerit ſolutus. quod ſi abſque igne non ſuccedat, ſignum eſt debilioris aquæ fortis, ac proinde, ut hoc in arena calida perficiatur, ac debilitati aquæ fortis ſubveniatur, ratio poſtulat.

Merc. præcip. albus. ℞. *Hujus ſolutionis partem dimidiam.*

Eique ſucceſſivè affunde muriam fortiſſimam. ita enim turbabitur ſolutio mercurii, & præcipitabitur in pulverem lactei coloris. qui ubi ad fundum concidet, liquorem ſupernatantem ſine perturbatione pulveris, quantum fieri poteſt, decanta, pluviamque puram de novo affunde, & procede, ut prius. hocque continua, donec ullam acrimoniam in pluvia animadverteris. præcipitatum tuum inter chartas emporeticas complicatas leni igne exiccato, nam vehementiore calore facile flaveſcit. hic eſt ipſa *calx mercurii*, dicta vulgò *mercurius præcipitatus albus*, & *mercurius coſmeticus*.

Merc. præcip. ruber. ℞. *Solutionis reliquam partem.*

Committatur retortæ, & leni primò igne, liquorem ſuperfluum, ad ſiccitatem pulveris, auferto. tunc urge per vulcanum ſtrenuum, donec omnem vaporem excuſſeris. in fundo relinquetur materia alba valde corroſiva, quæ in crucibulo, valde reverberata, rubicundum colorem adſciſcit, vocaturque vulgò *mercurius præcipitatus ruber*, & abſolutè *præcipitatum* in pharmacopolio. eſtque ipſa *calx mercurii.*

Vires merc. præcip. albi. *Vires.* Mercurius præcipitatus albus, raro interiùs exhibetur, & non niſi ſummâ cum prudentiâ. movet vomitum, & ſeceſſum. Conducit in affectibus pituitoſis, in inveterata luë venerea, in febri quartana, in hydrope, & in genere, in pertinaciſſimis corporis humani obſtructionibus adhibetur, tuncque mixtus cum theriaca, extracto catholico, mithridato, vel confectione hamech, & ſimilibus.

Exte-

Exteriùs applicatur præcipitatum mercuriale album in emolliendis tumoribus induratis, præsertim in tophis venereis, in herpete miliari, & in scabie profundâ curanda.

Ad scabiem inveteratam, uti & herpetem miliarem, sequens unguentum magnarum est virium *Unguentum ad scabiem.*

℞. *Lithargyrii auri subtilissimè pulv. q. p.*

Huic affunde *aceti destillati* ad eminentiam IV. digitorum transversorum. stent in digestione, donec acetum destillatum de acrimonia remiserit. quod decanta, & filtra

℞. *Hujus aceti*, ℥vj.
Mercurii præcip. albi ℥ij.

Evaporentur simul, lento igne, ad siccitatem pulveris

℞. *Hujus pulveris*, ʒj.
Axungiæ porcinæ ℥j.

Misce, fiat unguentum leniter parti affectæ inunguendum. in tophis, & glandulis induratis, pars affecta primò pannis calidis fricetur, postea prædictum unguentum applicetur.

Ad tophos venereos, magnarum est virium sequens emplastrum. *Emplastrum ad tophos venereos.*

℞. *Mercurii vivi cum aq. forti solut.* ℥iv.
Axungiæ porcin. non solit. ℥viij.

Confunde solutionem mercurii cum axungia porcina, & in olla terrea coquantur simul, continuò movendo cum spatula lignea, donec massam mollem obtineas. tum adde

Ceræ flavæ ℥ij.
Pulv. mastich.
oliban. ana ʒvj.

Misce, fiat emplastrum, quod curat tophos venereos, quos vel emollit, & dispellit, vel maturat.

Dosis. Mercurii præcipitati albi internè est à gr. iij. ad vj.

Vires. Præcipitatum hoc mercuriale rubrum etiam non nisi rarò interiùs exhibetur: tunc etiam correctum, auferendo aquâ vulgari per edulcorationem omnem ejus acrimoniam, quantum fieri potest. postmodum digeres in alcohol vini, quod super incendes, hocque per sex, septemve vices repetes. ita enim præcipitatum noxio suo corrosivo privabitur maximâ ex parte: & pro sudorifero exhibetur cum theriaca, mithridato, confectione de hyacinthis, *Vires mercur. præcip. rubri.*

cinthis, vel ſimilibus. pro purgante verò miſceto cum extracto catholico, extracto de ſucco roſarum, confectione hamech. adhibetur in iiſdem affectibus, ac prædictum præcipitatum album.

Doſis. *Doſis* ejus eſt à gr. ij. ad vj.

ARTICULUS II.

Mercurius præcipitatus diverſi coloris.

Mercurius præcip. diverſi coloris.

℞. *Mercurii vivi* ℥j.
Aquæ fortis ℥ij.

Miſceantur in cucurbita parva vitrea, reponanturque per noctem in digeſtione, vel donec totus mercurius ſit ſolutus, nec quicquam in fundo conſpiciatur ſupereſſe, ſed totus appareat ſacchari inſtar, albus, habebiſque ſolutionem mercurii ritè abſolutam. ſolutionem hanc in partes quatuor divide.

Primam partem infunde aquæ ſalſæ, & præcipitabitur *albi coloris.*

Secundam partam infunde urinæ recenti, & obtinebis *pallidi coloris.*

Tertiam partem oleo tartari per deliquium ſuperfunde, & *luctei coloris* præcipitatum evadit. tria hæc præcipitata aquâ edulcoranda, donec inſipida ſint: dein ſuper cretâ exiccanda ſunt.

Quartam partem impone igni, & evapora ad ſiccitatem uſque, donec planè rubicunda, & ſplendens appareat maſſa. quam uſui ſerva ſub nomine *præcipitati rubri.*

Nota. *Nota.* Diverſi inſuper generis, & coloris fieri poſſunt præcipitata. ſic viride præcipitatum fit, ſi parum veneris in ſolutione miſcueris, dein evaporetur: &c.

ARTICULUS III.

Turbith minerale.

Turpethum minerale:

℞. *Mercurii crudi, & puri* ℥j.
Spiritûs, ſive ol. vitriol. rectificat. ℥ij.

Miſce & digere per noctem. tum deſtilla ex retorta vitrea, valido igne, in arena, ad ſiccitatem uſque. refrigerato furno, & retortâ, aufer retortam ex arena frigida, & abſtractum oleum

vitrioli

vitrioli reaffunde illi, quod relictum est (hoc Chymici cohobare dicunt) fiatque iterum destillatio, sicut antea, ex arena, ad siccitatem usque. cohoba adhuc semel, vel bis. tum accipe massam albissimam in retorta relictam. redige in pulverem, quem aquâ purâ aliquoties edulcora, & in momento ex pulvere albissimo fiet flavissimus. siccetur hic, & servetur usui.

Vires. Purgat per vomitum, & secessum, conducitque morbis imprimis pituitosis. *Vires.*

Dosis. gr. v. vel viij. *Dosis.*

Alio modo.

Turpethum minerale.

℞. *Mercur. crudi.* ℥i.

Ol. sulphuris per campan. ℥iij.

Committantur retortæ vitreæ, & instituatur destillatio, igne satis vehementi, ad siccitatem usque. quo peracto, frange retortam, materiamque albam in aquâ pluviâ calenti dissolvito. Ita candor hujus materiæ convertetur in colorem citrinum. quam crebris ablutionibus ab omni acrimonia, quantum fieri potest, liberato.

Vires. Turbith hoc interiùs exhibitum vomitus, sedes, & salivationes excitare solet. quæ maligna symptomata tollere, si animus fuerit, hac methodo procedito. *Vires.*

Turbith minerale correctum

℞. *Phlegmatis solis.*

vitrioli aa. ℔ß.

Destilles eâ conditione, ne spiritus acidus subsequatur.

Aceti destillati ℔ß.

Album. ovor. ad duritiem coct. ℔iv.

Misceantur inter se, & leni igne destillato absque empyreumate.

℞. *Hujus menstrui* ℥iij.

Turpethi mineralis ℥i.

Committito retortæ vitreæ, & per destillationem omne liquidum auferto. De novo eandem quantitatem menstrui affundito, & procede, ut prius. hoc continua, quousque omnem acrimoniam à turpetho ablatam animadvertas. postea, ut securius evadat, inflammes cum sp. vini rectif. ita obtinebis medicamentum mercuriale præcipitatum per acidum sulphuris, & liberatum ab omni acrimonia, quod si interiùs adhibetur

Bolus vomitivus.

℞. *Elect. de succo rosar.* ℈i.
Turpeth. præparat. gr. v.
Misce, fiat bolus.

Quod si applicetur exterius in ulceribus malignis venereis,

Unguentum ad maligna ulcera.

℞. *Unguenti ovorum* ℥iv.
Turpeth. ℥ij.

Misce bene inter se, & ulcera maligna hoc unguento illinenda, quousque omnis virulentia ablata sit. postmodum applices unguentum aloë-hepaticum, quod hac methodo præparatur.

Unguentum aloë-hepaticum.

℞. *Aloës hepatic.* ℥ij.
Croci martis.
Thuris aa. ℥ß.
Mumiæ ʒi.
Mell.
Terebinth.
Vitell. ovorum aa. q. s.
Ad formam unguenti.

ARTICULUS IV.

Coagulatio Mercurii.

mercurius coagulatus.

℞. *Mercurii crudi,*
Plumb. crudi aa. ℥ß.

Fluat Saturnus in crucibulo: tum effundatur in aliud crucibulum frigidum, & mox superaffundatur ei mercurius crudus; statimque hæc duo abibunt in unam massam. hanc massam projice in crucibulum calidum, non tamen ignitum planè, & statim fluida effunde in crucibulum frigidum, sic omnia melius miscebuntur, & constituent massam duriorem, quæ imposita per aliquot dies, & noctes in aquam fabrorum ferrariorum evadit durissima. nonnulli Mercurium crudum includunt linteoso denso, & Saturnum effusum, & jam ex parte coagulatum, mollem tamen adhuc, baculo, aut stylo perforant, & in foramen mercurium cum linteo inserunt, sicque mercurium solo vapore saturni coagulant.

Usus.

Usus Mercurii coagulati multiplex est. primò, ut fiat malliabilis, & habeatur argentum. secundò, potest gestari pro annuleto contra pestem, & venena. tertiò, potest redigi, in pulverem, & addi

addi unguentis, & emplaſtris. Quartò, poteſt inſpergi ulceribus antiquis, quorum panacea Mercurius eſt, nam eſt alcali, & abſorbet acida.

ARTICULUS V.

Mercurius diaphoreticus jovialis.

℞. *Stanni anglic. optim.*
Mercurii à nigredine loti aa. ℥i.

mercurius diaphoreticus Jovialis.

Fiat ſi a. amalgama, quod teratur in pulverem, & diſſolvatur in *aquâ forti generoſâ*, affundendo uſque dum ebullitio ceſſit, cavendo tibi à fumis. potenter enim aqua fortis aggreditur amalgama, noxioſque ſpergunt fumos. ſùb caminibus hoc itaque fiat, ut tutus ſis ab omni noxâ. ebullitione ſedata, amalgama præcipitetur ad fundum: aquam fortem ſupra natantem decanta, tantumque *aquæ fortis* affundito amalgamati, donec omne corroſivum ablatum ſit. pulverem in fundo vaſis hærentem exicca, leni igne, & ſecuritatis gratia, figito cum alcohol vini, ut artis eſt, quinquies, vel ſepties, novum alcohol affundendo, & ſupra accendendo. ita enim præparatum erit *præcipitatum mercuriale diaphoreticum*, blande per ſudores opus ſuum deſtinatum perficiens. hac in operatione, Mercurius primitus involvitur metallo innoxuo, ac proinde à fermentis noſtri ventriculi, aliorumve viſcerum, non ita facile in actum educi poteſt. Secundò per ſpicula acuta aquæ fortis intimius, & firmius, unitur, & figitur cum metallo. Tertiò, per flammam ſpiritus vini corriguntur ſales aquæ fortis, qui poſt edulcerationem præcipitato adhærent, & fugatur in auros quodquod mercurii non ſatis ligatum fuit cum metallo.

Vires. Exhibetur in luë venerea, ſcabie inveteratâ, in febribus pertinacioribus ſolvendis. potenter enim reſorat obſtructiones, malumque partium per ſudores, quandoque per diuræſin foras educit. *Vires.*

Doſis Ejus eſt à gr. iij. ad x. cum theriacâ, methridatô, confectione de hyacinthis, & ſimilibus ſudoriferis. poteſt etiam miſceri cum regulo antimonii mediciali, ut *Doſis.*

℞. *Theriac., vet.* ℈ij.
Confect. alkermes ℈ß.

Bolus ſudorificus.

Regul. antim. medic. gr. xv.
Mercur. diaphoret. jovial. gr. v.
Olei macis ſtill. gutt. iij.
M. F. bolus ſudorificus.

ARTICULUS VI.
Mercurius diaphoreticus & purgans.

Menſtruum. ℞. *Alum. crud. q. p.*
Deſtilla igne leni ipſius phlegma, eâ lege, ne ſpiritus acidus ſubſequatur. eodem modo procede cum *vitriolo*.
℞. *Aq. alumin.*
vitriol. aa. ℔ ʃ.
Aceti deſtillat. ℔ i ʃ.
Albumin. ovorum ad duritiem coct. ℔ iv.
Miſceantur ſimul, & deſtillentur per cucurbitam, leni igne, quod nota bene, ne albumina ovorum empyreuma concipiant.

mercurius diaphoreticus, & purgans. ℞. *Turpethi mineralis*, vel
Mercur. præcip. rubri cum ſp. nitri præparati, & bene edulcorati, ℥ i.
Menſtrui tui prædict. ℥ iv.
Miſce, & deſtillentur ſimul per retortam ad ſiccitatem, quartâ cohibatione, novam prædicti menſtrui quantitatem affunde, & per quatuor ſequentes deſtillationes procede, ut prius. poſtea ipſi affunde alcohol vini ad eminentiam duorum digitorum transverſorum. quod per deſtillationem aufer, in fine ignem mediocriter augendo; hocque quinquies, vel ſexties, repete. ita enim obtinebis præcipitatum mercuriale diaphoreticum, & purgans.

Vires. *Vires.* Arcanum eximium eſt in luë venereâ, ulceribus malignis, febribus, obſtructionibuſve pertinacioribus, quod ſi purgans magis deſideres, quàm quidem diaphoreticum, exhibeatur cum extracto catholico, vel confectione hamech, &c. diaphoreticum magis ſi velis, exhibeatur cum theriaca, mithridato, confectione alkermes, de hyacinthis, vel ſimilibus cordialibus, & diaphoreticis. In ulceribus malignis tàm venereis, quam aliis, miſcetur cum unguento ovorum, & exteriùs applicatur plagis. quæ poſtea, ubi illarum virus per præcipitatum hoc eſt extinctum, conſolidantur emplaſtro opodeldach paracelſi, vel ſimilibus incarnativis,

ARTICULUS VII.

Mercurius per se Diaphoreticus, & purgans.

℞. *Mercurii sublimati corrosivi q. p.* *mercurius per se dia phor. & purgans.*

Solvatur in *aqua pulvia* coquendo, filtretur calidè, & stillatim confundatur cum *oleo tartari fortissimi per deliquium.* ita enim cadet ad fundum mercurius in forma pulveris rutilantis. præcipitatione peractâ; edulcoretur præcipitatum, & exercetur, ut artis est, & majoris securitatis gratiâ, supra hoc præcipitatum, accendito alcohol vini, ita enim habebis *mercurium ambiguè operantem.* hac in operatione sal alkalicum tartari absorbet, & potenter exstinguet sales austeros corrosivos mercurii sublimati, ac proinde potentissimum per sudores, non vero per sedes, vel vomitus operatur: sed cum metallo fixo, sibi addito, careat, huic quodammodo ad pristinam naturam mercurii rediens, sedes, & vomitus excitare solet.

Vires. Ritè exhibetur in luë venereâ, in quartana, hydrope, scorbuto gravi, ordinariò cum aliis mixtum hoc præcipitatum, raró per se solum. si enim exhibeatur cum cardiacis, & sudoriferis, utpotè cum theraca, diascordio, & similibus, operabitur potentissimum per sudores: quod si vero exhibeatur cum purgantibus, ut cum extracto catholico, confectione hamech, & similibus, potentissimum per inferiora operabitur. *Vires.*

Dosis hujus præcipitati est à gr. iij. ad v. *Dosis.*

ARTICULUS VIII.

Mercurius præcipitatus aureus, seu solaris.

℞. *Argenti vivi.*
Vitri antimonii hyacinthini aa. ℥vi. *mercurius præcip. aureus.*
Aurei tenuissimè lamellati ℥i.

Fiat amalgama cum auro & argento, ut artis est, quod teratur cum vitro antimonii hyacinthino, in mortario vitreo, in pulverem tenuem, & committatur retortæ vitreæ, iique affundantur
Spirit. nitri fortissimi ℥iij.

 Destil-

Destillentur simul, igne primò leni, postmodum ignem augendo, donec omne humidum expulsum sit. hacque tertiâ vice repetito, & obtinebis in fundo *præcipitatum solare fixum* maximarum virium, per flammam cum spiritu vini meliorandum, ut dictum prius.

Vires. *Vires.* Hoc præcipitatum mercuriale solare, etiam est diaphoreticum & purgans. exhibetur in obstructionibus pertinacioribus.

Dosis. *Dosis* ejus præcipitati est à gr. v. ad x.

ARTICULUS IX.

Laudanum mercuriale paracelsi.

Laudanum mercuriale.

℞. *Mercurii virginei*, (qui invenitur propriis mineris revivifatus) *vel*
Mercurii (ab omnibus sordibus per ablutiones cum sale, & aceto, vel lixivio) *purificat. q. p.*
Sp. nitri rectificat. q. s.

Mercurio affunde spiritus nitri ad totalem solutionem. quâ peractâ, fiat evaporatio spiritus nitri, ut moris est, in mercurio sublimato rubro præparando per aquam fortem. ita enim obtinebis præcipitatum instar florum papaveris rhæados. huic præcipitato affunde *alcohòl vini* ad eminentiam digitorum transversorum trium, instituaturque destillatio (fortè digestio) per dies 40. vel mensem philosophicum, spiritusque tuus vini evadet mucilaginosus. quo signo apparente, spiritum vini leniter decanta, & in cucurbitâ alembico munitâ spiritum vini, leni igne, auferto. ita remanebit tibi in fundo massa oleosa; quam per retortam pellito. ita enim portio mercurii revivifacatur; portio verò transibit in formam olei.

℞. *Hujus olei, part.* x.
Croci solis part. I.

Digerantur simul, donec oleum tuum, instar sanguinis, rubescat. quod decanta, & in phiola hermeticè sigillata fige calore furni philosophici, continuò coquendo in tincturam fixam.

Vires. *Vires.* Exhibetur præcipuè in luë venerea, febribus, hydrope, scabië profunda, & in genere in omnibus obstructionibus pertinacioribus.

Dosis. *Dosis* à gr. j. ad iij. summum.

ARTI-

ARTICULUS X.

Mercurius ſublimatus Corroſivus.

℞. *Mercurii crudi q.p.* diſſolve in *Aquæ fort. generoſæ q.ſ.* — *Merc. ſub lim. corroſivus.*

Poſt diſſolutionem, leni igne, aquam fortem ad ſiccitatem pulveris auferto. cui miſce

Sal. comminis decrepitat. æq. part.

Sublimato ſimul igne fortiori, quouſque mercurius inſtar ſublimati appariat in phiola. & obtinebis mercurium ſublimatum corroſivum, reſpondentem omni ex parte viribus mercurii ſublimati officinarum.

ARTICULUS XI.

Mercurius ſublimatus dulcis.

℞. *Mercur. ſublim. corroſiv.* ℥viij. *crudi* ℥vj. — *mercurius ſublimatus dulcis.*

Conterantur inter ſeſe, donec mercurius crudus mortificatus ſit. committantur phialæ ſublimatoriæ, & inſtituatur, ex arena, ut artis eſt, ſublimatio. ignis in principio ſit lenis; poſtmodum ſucceſſivè augeatur, donec mercurium undique lateribus phialæ adhærentem conſpicias. omnibus refrigeratis, phialam diffringe, & mercurium in ſuperiore parte phialæ ſublimatum à fæcibus ſepara. mercurium ſublimatum de novo in pulverem contere, & moderato primum igne ſublima, quouſque, uti prius, mercurium in ſuperiori parte phialæ ſublimatum conſpicias. procede, ut prius, & explora, utrum ſublimatum hoc de acrimonia ſua remiſerit. quod ſi ſucceſſerit, uſui medico reſerva. ſecus operationem denuò redintegratò, ut prius. ita enim aquila volans mitificata eſt, & draco venenatus propriam devoravit caudam, id eſt, acrimonia mercurii ſublimati delata eſt per continuatam actionem in mercurium crudum. hac in operatione enim ſales corroſivi mercurii ſublimati, de nova triti, & ſublimati cum mercurio crudo, ex recontinuata actione ſalium in mercurium obtunduntur, hoc eſt, dulceſcunt. mercurius enim hic ſublimatus dulcis debet eſſe inſi-

insipidus, omnis acrimoniæ expers, qnod non cadet in corpora, nisi quæ obtusos habent angulos.

Vires. *Vires.* Hic mercurius sublimatus dulcis hoc præ cæteris habet, quod, cum aliis vegetabilibus purgantibus mixtus, alvum sibi immemorem non relinquat, quod familiare sæpius esse solet vitium aliorum purgantium, quæ, purgatione peracta, alvum constipatam relinquere solent. exhibetur ordinariò in conserva, & extracto, ut aptè deglutiri queat absque dentium noxa, quibus mercurius infestus esse solet. & ne diutius, quam par est, in corpore delitescat, exhibetur cum aliis purgantibus, ut extracto catholico, diagridio, trochiscis alhandal, &c.

Dosis. *Dosis* à gr. viij. ad xij. quandoque extenditur ad ℈i. ulterius si dosis extendatur, ptyalismum, sive salivationem excitare solet. unde qui morbo venereo curando inibunt, frequenter hunc mercurium in usum medicum adhibent, sed dosi majore, utpote à ʒß. ad ʒi. ingreditur hic mercurius sublimatus dulcis descriptionem pililarum specificarum ad gonorrhęam, *pilulæ trium diabolorum* dictarum, ut

pilulæ triũ diabul.

℞. *Trachisc. alhandal,*
Diagrid. aa. gr. iv.
Mercur. sublim. dulc. gr. viij.

Misce, fiant pilulæ N°. IV. cum syrupo stæchadis pro dosi in robustis.

Specificum est in gonorrhæa expurganda, cujus vis non tantum expellet, sed etiam obtundet, ut,

Pilulæ in gonorrhæam.

℞. *Extract. Catholic. gr.* xv.
Mercur. dulcis gr. viij.
Trochisc. alhandal gr. IV.
Syr. de althæa fern. q. s.
M. F. pilulæ N°. viij. vel

conditum in genorrhæam.

℞. *Pulp. cassiæ recenter extractæ* ℥ij.
Terebint. venet. ℥i.
Ocul. Cancri præparat.
Salis prunell.
Mercurii dulcis aa. ʒi.
Salis vol. succini ℈iv.
Syr. de althæa fern. q. s ad formam conditi. cujus conditi capiat æger bis, vel ter de die, quantitatem nucis moschati.

ARTI-

ARTICULUS XII.
Aqua mercurialis Rulandi.

℞. *Aq. plantagin.* ℔i.
rosarum ℔ß.
Succ. arantior. ℥iij.
Mercur. præcip. ℥ß.

Aq. Mercurialis.

Misce simul, & coque ad resolutionem præcipitati.

Usus. Aquâ hac lavato exterius ulcera maligna, &, observatis exactè medicamentis internis, brevi spatio sanata videbis. *Usus.*

ARTICULUS XIII.
Oleum, seu spiritus mercurii.

℞. *Stanni anglic. optim.*
Mercur. ab omni nigredine loti aa. ℥i.

Oleum seu spiritus mercurii.

Fiat amalgama, ut artis est, quod ab omni nigredine, & spurcitie exactè lavato. huic adde

Mercurii sublimat. corrosiv. ℥ij.

Conterantur subitò in alcohol, & tabulæ marmoreæ, vel vitreæ, inclinatæ, in cella imponantur. relinquantur per noctem in aëre aperto. postmodùm destillentur simul per retortam ex arena. ita enim liquor quidam, seu potius spiritus salinus stillabit in vas recipiens, qui quamdiù præservatur à permixtione aëris, quietus hæret in recipiente. huic verò simulac datur commercium cum aëre, vel per minimam rimam ilicò fumos, & nebulas de se spergit copiosissimas. rimâ de uovo occlusâ, ita ut ingressus aëris prohibeatur totaliter, spiritus prædictus de novo quiescet, nec ulli sui motus ostendit phænomena. ex quo experimento edocemur, aërem esse non corpus homogeneum, sed salibus diversis mixtum, qui secum prædicto spiritu-salino miscentes, fermentationem hanc excitant. hoc proinde pro diverso sale, quô aër imprægnatus, sanguinem etiam diversimodè in sua fermentatione potest alterari, quippe aër in pulmonibus inspiratus, ibique se miscens cum sanguine, facile sanguini suos sales communicare potest, pro quorum diversa constitutione, sanguinem etiam diversimodè alterari ne-

cesse est, unde illarum opinio confirmatur, qui aërem non tantùm refrigerationis causa inspiratum volunt, sed insuper aërem ad sanguinis vivificationem. tanquam fermentum nobile, & elaborationem ad ultimam perfectionem contendunt.

Vires.

Vires. Hic spiritus insignes obtinet usus in chirurgia, præcipuè in ulceribus venereis, glandem, fauces, nares, pudenda infestantibus, quæ vulgaribus remediis non cedunt mortificandis, si prædicta ulcera pulmâ hoc spiritu madefactâ, sæpius tangantur. exhibetur etiam cum successu in ulceribus malignis, scilicet cancro, lupo, fistulis, &c.

Dosis.

Dosis est pro re natâ.

CAP. V.

De Salibus volatilibus, ex animalium regno eductis.

Notæ generales.

Nota primò.

NOta primò. Nulla ferè pars nostri coporis est, quin sale scateat volatili copioso, quem alkalium numero adscripserunt chemici, cùm observassent, sales hos, ex quibusvis animalis partibus, vel excrementis èductos, æquè cum sp. acidis ebullire & effervescece, ac sales vegetabilium fixi alcalici, ùt tartari, nitri, absintii, Card. Bened. & similes.

Nota secundò.

Nota secundò. His salibus, pro diversis, ex quibus eliciuntùr partibus, & excrementis, specificas etiam attribuèrunt virtutes, salem quippè volatilem ex cranio & cerebro humano elaboratum, appropriatum pronuntiarunt contra epilepsiam arcanum: urinæ verò salem volatilem, specificum in calculo, obstructionibusque renum & mensium solvendis, voluerunt antidoton. Verùm si horum salium per artem depuratorum fiat comparatio, nullam, vel exiguam admodùm differentiam observare poterit Chemicus, & si quid in odore, vel sapore discrepantiæ notare queat, illùd potissimùm ab adhærentibus oleis fœtidis dependere deprehendet, quæ salium. volatilium nitorem, splendorem, colorem, & saporem multùm alterare valent. hi autem sales facilè exercitati chemici industriâ à suis inquinamentis fœtidis liberari possunt, quo in statu, repræ-

repræſentant, corpuſcula tenuia, rigida, acutiſſimis angulis conſtantia, quæ inter ſe comparata videntur uniformia: revocando enim ad examen ſalem volatilem urinæ, utì & cranii humani, eundem odorem fuliginoſum, urinoſum, ſaporem itidem eundem acrem, igneum, eandemque deniquè configurationem reperiet Artiſta: eoſque indifferenter cum ſpiritibus acidis ebullire: & æquali jure à ramoſis, & hamoſis vegetabilium partibus, id eſt oleis, ſuſcipi, & iiſcum ſales deſcribere oleoſos volatiles, annotabit: uti & hos promiſcuè ſales mercurium ſublimatum corroſivum in coagulum præcipitare albiſſimum obſervabit, quæ ſanè arguunt differentias, ſi quæ ſint, eſſe tantum accidentales, & dependere tantùm ab externis adjunctis, quæ per artem à ſalibus volatilibus facilè ſeparari poterunt.

Nota tertiò. In horum ſalium natales ſi inquirere lubeat, eos potiſſimùm in primis viis, (ventriculo ſcil. & inteſtinis,) elaborari puto, ubi ſales alimentorum occurrentes fermento ventriculi & præcipuè bili in inteſtinum duodenum ex hepate delato, vertuntur in ſalſum volatile, quæ ſalium in ſalſum volatile transformatio, cum leditur vel aboletur, moleſtæ admodùm in œconomia animali exoriuntur turbæ, vomitus, ructus, flatus, nec non tormina inteſtinorum, ſanguis itidem ſuſcipiens chylum ſalibus muriaticis, acidis, craſſis, rigidis, inquinatum, deflectit à balſamina ſua dulcedine, acredinem contrahit, nec (quam debebat) in cordis thalamis patitur attenuationem, & diviſionem quoad minima, undè multorum malorum ſeges. *Nota tertiò.*

Nota quartò. Hæc vero ſalium alimentoſorum, in ſalſum volatile converſio, ſi ex voto ſuccedat, chylus, ſale hoc volatili turgens, ſanguinem reddit fluidum, mobilem, & ad juſtam fermentationem in ventriculis cordis ſuſcipiendam habilem, hinc ſanguis in arterias propulſus, & impetum in arteriarum poros faciens, multùm ſalis volatilis exſudat, & per arteriarum poros tranſmittit, qui ſales cum amicè ſuſcipiantur à ramoſis, & hamoſis (id eſt oleoſis) humorum nutrientum partibus, iiſcum per univerſum corpus diſtribuuntur, in quo humorum circulo, in tranſitu, partes, quæ propter ſuperficierum convenientiam, & propter hamos vel ramos laterales, facilè aliis applicantur, vel implicantur, partibus ſolidis annectuntur, iiſque nutrimentum, vel augmentum præbent, cum *Nota quartò.*

(M 2) autem,

autem, præ cæteris, partes gummosæ se aliis associare valent, eæque in gremio suo foveant prædictos sales volatiles, hinc partes solidas multo itidèm sale volatili perfundi necessum est, quas dum chemicus ignibus chemicis resolvendas tradit, sales volatiles claustris, & vinculis suis extricati, se nudos conspiciendos præbent, ità cranium, cerebrum, ossa, capilli, cornua, ungues, urina, sanguis, calculi, sudores, secundum artem (analysi chemicâ) resoluta, copiosum fundunt salem volatilem, oleo fœtido inquinatum, à sordibus suis rectificandum, depurandum. sales itaque hi volatiles, cum eosdem agnoscant natales, licet diversis nostri corporis partibus accrescant; earundem esse virtutum, ac ejusdem conformationis ex præmissis facilè concedet, chemiater ac proindè salem volatilem urinæ æquè fœlicitèr posse propinari in epilepsiâ curandâ, ac famosum illud sal, quod ex cranio, vel cerebro humano, arte spagirica eruitur: quippe hi sales acutis suis angulis, & rigiditate suarum partium, obstructiones resolvendo, pituitas viscosas incidendo, attenuando, acidaque, & austera fermenta salina corrigendo, & enervando, opus suum perficiunt, undè absque ullâ electione, in quibusvis partibus vires suas exercent, neque magis specifici sunt hi sales in epilepsiâ, quàm in aliarum partium obstructionibus solvendis, diluendis.

Nota quintò. *Nota quintò.* Hos sales volatiles copiosissimè fundit sal ammoniacum, ex urinâ camelorum, vel jumentorum, & sale communi, compositum, quæ simul excocta, nobis exhibent factilium illud sal ammoniacum dictum, quod Ægyptus magnâ satis copiâ ad nos transmittit, quodque veterum sali ammoniaco, nunc deficienti, substituunt chemici, & cum veterum sal ammoniacum ex locis arenosis, circà sacellum, jovi Hammoni sacrum, solebat erui, hunc suppositium salem hoc eodem nomine honorarunt. Hujus salis, ex urinâ, & sale communi excocti, mixtura si destruatur, & infringatur, sal volatile urinæ, vinculis salis communis extricatum, suique juris factum seorsim secedit, & in alembico, vel collo phiolæ concrescens, apparet sub formâ salis nivei coloris, nares acriter ferientis, linguamque igneo sapore mordicantis: hæc quâ ratione tam viâ humidâ, quam siccâ, mediantibus salibus alcalicis tartari, nitri, cinerumve clavellatorum ope tractari, & elaborari

rari debeant. illud chemicorum præcepta, & ſcripta ſufficienter edocent.

Nota ſextò. Sales hi volatiles, ſive ex urinâ, cranio, ſanguine, cornubus, ungulis, educti, cùm macerantur, digeruntur, circulantur cum hamoſis & ramoſis vegetabilium partibus, id eſt, oleis, facilè ſe ab iis ſuſcipi, & involvi patiuntur, & iiſcum intimè uniti, deſcribunt ſales volatiles oleoſos, in quo ſalium, & oleorum concurſu, acrimonia ſalium multùm mitigatur, urinoſique & fuliginoſi odores, per fragrantia vegetabilium olea correcti, deſinunt in liquorem oleoſo ſalinum, gratum & acceptum, medicamen inſigne in languentibus fermentationibus reſuſcitandis, corroborandis, in balſamo noſtri ſanguinis conſervando, reſtituendo, uti & in fermentis auſteris acidis corrigendis, enecandis. *Nota ſextò.*

Nota ſeptimò. Calculos humanos ſi vulcano examinandos tradiderit naturæ curioſus inveſtigator, per juſtum ignis regimen, multum, ex illis, ſibi colliget ſalis volatilis urinoſi, imò quandoque quartam calculi partem, merum eſſe ſal volatile urinoſum deprehendet, undè liquet, ſales calculi terram ligantes, non eſſe tartareos craſſos, ſed tenues volatiles, urinoſos, quod manifeſtiùs apparebit, ſi terram reſiduam examinaverit, hanc enim calcinatam, vel nullum vel paucum (reſpectu ſalis volatilis) ſalis fixi continere per elixiviationem deteget, quod ſanè repugnat omnibus illis, quæ cogioſo craſſo & tartareo gaudent ſale. hæc enim calcinata, in cineribus ſuis multùm ſalis fixi abſcondunt. *Nota ſeptimò.*

Nota octavò. Sed objicitur fortaſſe quiſpiam, ex hoc hypotheſi neceſſariò ſequi, omnes promiſcue homines calculo debere laborare. cum in illorum urinis, & ſal volatile, & terra copioſa reperiantur, quod verum eſſe, analyſis urinarum chemica evincit. verum huic difficultati ſatisfieri poterit ex præmiſſis, conſiderando ſales volatiles facilè ſuſcipi, & involvi ab oleis, quô in caſu ſalium acuti anguli mollibus oleorum partibus obtunduntur, ac proinde quam diù urina debitam ſui olei portionem impediri, quippe ſales flexibilibus olei partibus involuti, particulas urinæ terreas aggredi, eaſque ſibi mutuo alligare nequeunt. ubi vero urina debito ſuo oleo fruſtratur, tùm demùm ſales volatiles, impetum in terram urinæ faciendo, inſtar clavorum partes terreas ſibi mutuo alligant, iiſque irretiti, & profundè immerſi, calculum *Nota octavò.*

fabricant, qui igne chemico poſtmodùm cum reſolvitur, de novo prodeunt, & ſe nudos conſpiciendos præbent, miſerrimi hujus mali fabricatores ſalini.

ARTICULUS I.

Oleum, ſpiritus & ſal volatile ex animalium regno, educta.

℞. *Raſuræ cornu cervi*, vel
eboris, vel
ungularum equorum, vel
cranii humani, vel
ſimilium. q. v.

Indatur retortæ terreæ, vel vitreæ ad collum uſque, & ex arena, ſucceſſivis gradibus, quodcunque volatile eſt expellatur. Ita enim obſervabis, primò phlegma aliquod, quod immediate ſubſequitur oleum flavum, ſuccedente poſtmodum ſale volatili undique parietibus recipientis adhærente, unà cum oleo ſpiſſo maximè fætente. ſales hi, in primâ ſuâ elaboratione, cum fœtere admodum ſoleant, ita ut non niſi cum nauſeâ propinari ægris valeant, depuratione indigent, quod chemici duplici viâ (humida ſcil. & ſicca) tentare ſolent.

Sal volatile in forma ſicca. *Viâ ſiccâ horum ſalium rectificatio, & depuratio.* vaſis refrigeratis *ſalem*, in forma ſicca, lateribus recipientis adhærentem colligito, & cum *triplo cinerum oſſium calcinatorum* miſcito, & phiolæ ſublimatoriæ committito, igneque admodum modeſto fiat elevatio. ita enim adſcendet ſal volatile purum, candidum inſtar lintei, ſeu nivis, relicto oleo fætente in fundo. oleum enim propter ramos, & hamos ſuos laterales pertinaciter adhæret poroſis oſſium calcinatorum cineribus: ſales autem volatiles, cum ſint admodum tenues, & teretis figuræ, facilè ſeceſſum faciunt à cineribus, collumque petunt phiolæ ſublimatoriæ, quod erat perficiendum.

Sal volatile in forma humida. *Viâ humida horum ſalium rectificatio.* oleum, & phlegma in fundo recipientis hærentia, intollorabilemque fœtorem ſpirantia, ſequenti methodo corrigito. filtrentur per chartam emporeticam madidam, ita enim craſſius hærebit in filtro, transeuntibus poris

ris filtri phlegmate cum ſale volatili, aliquali portione olei tenuioris fætentis inquinato. quod ut penitus ſequeſtretur à ſale volatili, filtratum tuum liquorem committito retortæ vitreæ, & leniſſimo igne inſtituatur deſtillatio: ita enim ſal volatile deſerit ſuum phlegma, & oleum fætidum, & inſtar cornuum, ſeu arbuſtorum agglutinatur parietibus recipientis. quod ſi in forma ſpiritus deſideraveris, ignem continuato, donec tenuior portio phlegmatis elevetur, quæ promptè ſuum volatilem ſalem diſſolvit, & in ſpiritum convertit, quippe cum omnes ſpiritus nihil aliud ſint, quàm phlegma copioſe ſale volatili fœtum, ut hoc appareat in ſpiritu urinæ, cornu cervi, cerebri humani, ſanguinis, & ſimilium. *ſpiritus.*

Oleum ſpiſſum ſeorſim in filtro collectum, cum multo gaudeat ſale volatili haud abjiciendum, ſed à ſuo lentore, & fætore corrigendum eſt; quod commodiſſimè fit, rectificandum hoc oleum ſuper ſalem toſtum vulgarem, vel ſuper cineres lignorum, ita enim leni rectificatione, tranſibit ſubtilior portio olei, multo ſale volatili nobilitata, deſcribitque tibi oleum flavum, limpidum, multo ſale volatili nobilitatum. *Oleum.*

Vires. Spiritus & ſal volatile, à fœtore ſuo liberata, egregium præbent medicamentum, præſertim in omnibus morbis per ſudorem curabilibus. propter ſummam particularum ſuarum tenuitatem, rigiditatem, & angulorum acutiem, reſerant potenter obſtructiones, pituitam tenacem incidunt, ſanguinis fermentationes ſuppreſſas elevant, & reſtituunt, acidaque auſtera fermenta enervant, & corrigunt: hinc in morbis ſoporoſis quibusvis, in epilepſia, apoplexia, paralyſi, vertigine, obſtructionibus menſium, in podagra frigida maximarum ſunt virium. antidoton inſuper eſt in morbis malignis, febribus peſtilentialibus, in morſu animalium venenatorum, quorum fermenta enecat potenter, & per ſudores expellit, ſi cum cardiacis, ut artis eſt, miſcetur. *Vires ſpiritus & ſalis volat.*

Doſis. Salis volatilis eſt à gr. vij. ad ℈i. *Doſis. ſalis & ſpiritus.*

Doſis. Spiritus à gr. xx. ad ʒi.

Vires Olei. oleum rectificatum, ut dictum ſupra, & ab empyreumate ſuo liberatum, miſcetur cum unguentis, utpote martiato, de arthanitâ, vel ſimilibus, & exterius applicatur in obſtructionibus nervorum reſerandis, in tumoribus duris, & frigidis emolliendis, & reſolvendis, in pituita tenaci coagulata, & ex- *Vires olei.*

extravasata incidenda, si redigantur in formam linimenti cum unguentis appropriatis.

Linimentum.

℞. *Unguenti marciati,*
nervini aa. q. p.
Olei cornu cervi rectif. q. s.
Ad formam linimenti.
Misce, fiat linimentum.

Dosis olei *Dosis* olei (internè scil.) est à gutt. ij. ad xij.

ARTICULUS II.

Sal volatile urinæ.

Sal volatile urinæ in forma sicca.

℞. *Urinæ recentis q. p.*

Evaporetur supra cineres calidos ad consistentiam syrupi crassioris, vel ad siccitatem igne modesto: massam in fundo fictilis nigricantem relictam committito cucurbitæ, quam superius alembico suo injuncto, vase recipientis adlutato, instituatur destillatio ex arena. ita enim phlegma aliquod tenue cum pauxillo oleo præcedit, postmodum igne aucto, sublimabitur in alembico sal volatile urinæ maximâ copiâ, quod cum in prima hac sublimatione oleo suo fœtido sit inquinatum, rectificetur cum cineribus, ut dictum prius, & obtinebis salem volatilem urinæ, salibus cornuum, eboris analogum.

Quod si vero salem volatilem urinæ in forma spiritus disideraveris:

Sal volatile urinæ in forma spiritus.

℞. *Urinæ recentis q. p.*

Hac repleatur phiolæ arctissimè occludendæ, quæ sepiliantur in ventre equino per mensem philosophicum vel 40. dies. ita enim mediante calore fumi equini urina fermentationem suscipit, ipsiusque sales volatiles valde attenuantur, & vinculis suis oleosis exstrincantur, quo spatio illapso, secundum artem ex cucurbita, vel phiola altiori, igne castigato, destillantur. ita enim destillabit tibi sal volatile urinæ in forma spiritus penetrantissimi, quod erat obtinendum.

Vires & *Dosis*, ut dictum supra, in articulo primo.

ARTI-

Articulus III.

Sal volatile aromaticum.

Sal volatile aromaticum duplici fit modo, vel mediante extra-ctione è ſimplicibus, vel mediantibus eorundem oleis. extractio etiam duplici paratur modo, accedente ſimul deſtillatione, vel ſola digeſtione.

Per deſtillationem fit ſequenti methodo. *Sal volatile aromaticum per deſtil.*

℞. *Cinamomi acuti* ℥i.
Nucis moſcati ℥ß.
Gariophyllor. ʒij.
Sem. cardamom. ʒi.
fœnicul
croci aa. ʒi.

Quibus ſi addere volueris,
Cort. arant.
citri, licet, incidantur, vel contundantur pro ratione ſubjectorum, & committantur cucurbitæ vitreæ, iiſque addito.

Salis tartari ℥ij.
ammoniaci ℥i.
Sp. vini vulgaris ℔i. *aut* ℥xx.

Digerantur leniſſimo igne, quò diutius, eò melius. ita enim ſal tartari duplici de via inſerviet præparationi hujus ſalis volatilis aromatici: quippe ab una parte reſolvit texturam ſalis ammoniaci, ſaleſque volatiles urinoſos vinculis ſalis communis exſtricat, & ſe in libertatem vindicat, unde ſi ſolutionem ſalis ammoniaci in pluvia confuderis cum oleo tartari per deliquium, reſolutâ texturâ, ſales ammoniaci aſcendunt, ſalesque volatiles urinoſi ad priſtinum volatilitatis ſtatum rediunt. ab altera parte ſal tartari reſerat clauſtra vegetabilium aromaticorum, illorumque olea ex nexu partium terreſtrium exſtricat, quæ acutis, & rigidis, teretibuſque ſalibus urinoſis occurrentia ſeſe circumdant circum ſales urinoſos, quos amplexu ſuo fovent, illorumque acrimoniam mollibus ſuis ramis demulcent, ſeſeque intimè cum ſalibus urinoſis uniunt, & deſcribunt ſalem urinæ, oleo aromatico temperatum, & nobilitatum.

Sal volatile oleosum.

Sal volatile oleosum. Hoc si tentare volueris cum subjectis minus salinis, sed magis ad naturam oleosam accedentibus, utpote cum

Mentha,
Majorana,
Thymo,
Rorismarino,
Lauro,
Lavendula,
Centaurio,
Melissa, similibusve, obtinebis sal volatile (ut vulgo ajunt) oleosum. Hisce tincturam conciliare volueris, facile hoc procuraveris cum tinctura croci.

Alio modo.

Sal volatile aromaticum solâ digestione paratum, fit sequenti methodo.

Sal volatile aromaticum per digest.

℞. *Tinctura* (methodo universali cum oleo tartari per deliq. & alcohol vini exstractæ) *cujusvis vegetabil.* ℥ij.
Spiritûs salis ammoniaci ʒij.

Misceantur, & digerantur per aliquot dies, sic cohibit sal volatile urinæ cum oleis tincturarum, & usui servetur.

Alio modo.

Sal volatile aromaticum extemporaneum.

Sal volatile aromaticum exterm.

℞. *Sp. vini optimè rectificat.* ℥iv.
salis ammoniaci ℥ij.
Sal tartari ℥ß.
Ol. menth. gutt. xx.
cort. arantior gutt. xvj.
gariophyllor.
rorismarin.
nucis moscat. still. aa gutt. viij.
juniper. gutt. x.

Misce-

Misceantur olea cum sale tartari. postea spiritui vini pulvis affundatur: optimè moveatur: ultimò adde spiritum salis ammoniaci, & lactescet solutio. digerantur simul per aliquot horas, aliquoties materiam movendo, donec clarus evadat liquor. dein, à fæcibus & phlegmate, per decantationem separa, & usui serva.

Vires. Horum salium volatilium aromaticorum, & oleosorum ex ingredientibus facilè colligi possunt. quippe ratione aromatum sunt cardiaca, cephalica, stomachica, &c: ratione salium volatilium pituitam tenacem potenter incidunt, & dispellunt, obstructiones solvunt, fermenta acido-austera peregrina viscerum & sanguinis exstingunt, fermentationem sanguinis suppressam, per acida coagulantia, elevant, & restituunt. hinc in scorbuto, obstructionibus mensium, passione hysterica; in epilepsia, paralysi, apoplexia; in morbis soporosis, ut lethargo, coma, catalepsi medicis auxilium præbent magnarum virium. in genere illud omne præstant, quod sp. sal. ammoniaci, sed longe mitius, quippe horum salium acrimonia per olea temperata fit, neque, ut simplex spiritus salis ammoniaci, balsamum sanguinis dulce, & oleosum depauperare solet. *Vires.*

Dosis à guttis x. ad xx. vel xxx. plus, minusve, pro ratione patientis. *Dosis.*

Articulus IV.

Sal volatile oleosum uterinum.

Si aliis usibus specificis destinetur sal volatile præparandum, assumi poterunt olea specifica. sic v. gr. pro affectibus uterinis procede sequenti modo. *Sal volatile oleosum uterinum.*

℞. *Ol. rutæ gutt.* xx.
sabinæ gutt. xxiv.
lavendulæ,
rorismarini,
thymi,
juniperi,
macis stillat. aa. gutt. viij.

Excipiatur olea sale tartari (ut dictum in præparatione salis volatilis aromatici extemporanei) & misceatur cum *spiritus vini rectif.* &

ſpiritus ſalis ammoniaci in eadem quantitate, ut ante, & erit ſal volatile oleoſum, ſpecificum ad omnes uteri affectus, & obſtructiones: ejuſdem menſtrua citiſſimè proliciet, vel ad miraculum.

Sic etiam ſequenti methodo fit ſal volatile oleoſum cephalicum, & extemporaneum. v. gr.

ARTICULUS V.
Sal volatile oleoſum cephalicum.

Sal volatile oleoſum cephalicum

℞. *Ol. menthæ,*
majoranæ,
thymi,
cort. arantior.
roriſmarini,
lavendul. aa. gutt. viij.
gariophyll. gutt. xvj.

Miſcanter, ut antea.

ARTICULUS VI.
Sal volatile oleoſum antifebrile, & ſtomachicum.

Sal vol. oleoſum antifebrile.

℞. *Ol. gariophyllor.*
menthæ, aa. gutt. xvj.
abſynthii, gutt. viij.
fœniculi,
cort. arantior. aa. gutt. vi.
juniper. gutt. x,
Camphoræ in ſubſtantia ʒß.

Miſceatur, ut antea.

ARTICULUS VII.
Sal volatile oleoſum per ſe ſine additione ſalium volatilium.

Sal vol. oleoſum per ſe.

℞. *Vegetabilis cujusvis* (ſulphuræ, & ſalinæ naturæ, ut menthæ, majoranæ &c.) *q. p.*

Hac repleto retortam ad collum uſque, in vaſe verò recipiente deponite

ponite *spiritus salis* ℥x. *vel* xij. pro ratione quantitatis herbarum. instituatur destillatio ex arena, ut artis est. omni humido expulso, vasisque refrigeratis, liquorem in recipiente contentum filtrato: ita enim oleum fœtidum hærebit in filtro, transeunte spiritu salis, qui in ventro suo salem, & oleum tenuissimum occultat. huic addito tantum *salis tartari*, donec strepitus cesset, quod signum est perfectæ saturitatis acidi salis. hoc peracto, leni destillatione spiritum volatilem elicito, cujus ingredientia erunt tenuissimum oleum, & sal volatile vegetabile, quod erat perficiendum.

ARTICULUS VIII.

Sal votatile fuliginis.

℞. *Fuliginis splendentis* (præcipue si obtinere queas ex lignis quercinis, aliisve duris elevatæ) *q. p.* *Sal vol. fuliginis.*

Hac repleatur retortæ ad collum usque, fiatque destillatio in igne aperto, & quidem per reverberium, primò lento igne: postea fortori: ultimo quarti gradus. ita enim obtinebis salem volatilem parietibus recipientis adhærentem, & oleum fœtidum phlegmati suo innatans, omnia inter se concutiantur ad dissolutionem salis parietibus adhærentis, filtretur per chartam emporeticam, ut dictum prius. liquorem filtratum leni destillatione rectificato, & postmodùm misceto cum æquali portione alcohol vini, destilletur postmodum ex phiola altiori: ita obtinebis spiritum fuliginis per sulphur vini correctum.

Vires. Potentissimè fermentationes sanguinis suppressas reducit, & summâ efficaciâ omne illud præstat, quod dictum est de salibus volatilibus animalium. *Vires.*

Dosis. Est aliquot guttar. in vino, vel aquâ destillatâ. *Vires.*

ARTICULUS IX.

Oleum, & sal volatilem succini.

℞. *Fragmentorum succini. q. p.* *Oleum succini.*

Committantur retortæ vitreæ, eâ conditione, ut ad minimum tertia pars retortæ maneat vocua: secus enim succinum in sua resolutione solet inflari, & ita in altum evehi, ut crudum deferatur per collum

collum retortæ, hinc non abs re eſt, quod manupulum unum, aut alterum arenæ lotæ miſceatur cum ſuccino deſtillando, ut huic incommodo obviam eant. inſtituatur deſtillatio ex arena, igne primò lenti, poſtmodum auge ignem ad totalem humidi expulſionem. ita enim obtinebis primò phlegma aliquod acidiusculum: ſecundò oleum flavum: tertiò ſal volatile prodiens cum oleo ſpiſſo. omnibus refrigeratis, oleum ſeorſim excipiatur, ſal itidem volatile ſeparatur & colligatur, quod ſequenti methodo purificatur.

ſal vol. ſuccini.

℞. *Sal vol. ſuccini, oleo ſuo fœtido inquinati p.* 1.
communis decrepati p. iij.

Miſceantur ſimul exactè in mortario vitreo, & poſtmodum committantur parvæ ollæ fictili, cujus orificium pyramide chartaceâ occluditur, ut facere conſueverunt pharmaceutæ in præparatione florum benzoin. fiat ſublimatio igne modeſto; ita enim adſcendet ſal volatile ſuccini in altum, & adhærebit parietibus pyramidis chartaciæ in forma lanuginis. aciduſque ſuccini ſpiritus, qui in ſublimatoriis vitreis diluit, & reſolvit ſuum ſalem, ſublimationemque irritam facit, transit poros chartæ, relicto ſale volatili ſuccini parietibus chartæ adnato. quòd ſi tantum laboris in inſumere nolueris, tibique diſpiciat diſpenſum ſalis volatilis, ſimpliciter hac methodo procedito. deſtillatione ſuccini peractâ, & ad finem perductâ, omnia concutiantur inter ſe ad diſſolutionem ſalis lateribus recipientis adhærentis, affundaturque aqua pluvia tepida, agitenturque fortiter ſuſque deque, ita aqua pluvia tepida abſorbet ſalem, & in poris ſuis abſcondit: filtrentur per chartam emporeticam, ita enim remanebit oleum ſpiſſum in filtro, transeunte aqua pluvia cum ſale volatili ſuccini, quam poſtmodum leni igne ad ſiccitatem ſalis evaporato, quem uſui reſerva.

Vires.

Vires. Urinas hoc movet ſal, & obſtructiones reſerat, & ſpecificè hoc exhiberi ſolet in urinarum ſuppreſſione, in obſtructione menſium, in gonorrhea recenti, in paſſione hyſterica, omnibuſque affectibus, quibus ullo modo oleum ſuccurrere poteſt.

Doſis.

Doſis. à gr. x. ad xxx.

Oleum ſuccini.

Oleum ſuccini vel ſuper ſalem toſtum, vel per ſe rectifica. & obtinebis oleum, ſeu balſamum limpidum quod propter excellentes ſuas dotes opebalſamum vocant europianum.

Vires.

Vires. Oleum hoc interius exhibetur in paſſione hyſterica cum aquâ

aquâ arthemisiæ: menses movet: frigidis capitis defluxionibus medetur: urinas pellit: gonorrhœam curat; præsertim si jungatur cum oleo terebinthinæ lucido: specificum est in lethargo naribus, & temporibus inunctum: spasmos curat exterius inunctum.

Dosis. à guttis iij. ad xv. *Dosis.*

ARTICULUS X.

Volatilizatio salium fixatorum.

℞. *Sal volatile* (quodcunque per spiritum aliquem acidum) *fixatum*, adde ei *alcali* quodcunque: utraque tamen debent esse prius contrita. indantur retortæ vitreæ, & affusâ sufficienti quantitate aquæ puræ, ut commodè solvi possunt, fiat destillatio ex arena ad siccitatem usque. & unà cum aqua prodibit sal volatile, quod antea ab acido ligatum erat, absorpto nempe acido ab alcali admixto. hoc sal volatile destillatione per alembicum in formam siccam sublimari potest. *Volatilizatio salium fixatorum.*

Usus. Est tantum experimentum, continens modum salia fixata volatilizandi. *Usus.*

ARTICULUS XI.

Fixatio salium volatilium.

℞. *Sal volatile quodcumque*, v. gr. cranii humani, fuliginis, cornu cervi, succini, &c. affunde ei guttatim aliquem spiritum acidum, nempe spiritum salis communis, aut vitrioli, aut nitri, quamdiu effervescit. desinente effervescentiâ, fixatio est peracta. filtretur liquor per chartam, & in vitro evaporatorio, in arena, leniter evaporetur ad siccitatem usque. & relinquetur in fundo sal volatile, & acidum simul in massam unam concentratum. nempe sal aliquod ex acido, & alcali conflatum. *Fixatio salium volatil.*

Usus. præter id, quòd processus hic ostendit modum salia volatilia conservandi in langum tempus, ne avolent, insignem quoque vim habent talia salia fixata incidendi, attenuandi, sulphura destruendi, fermenta peregrina inbibendi, unde à multis medicis pro arcanis, & panaceis habentur, possuntque omni tempore per addita alcalia ad volatilitem suam reduci. *Usus.*

Dosis. Sunt gr. vi. vel viij. ad ℈ß. *Dosis.*

CAP. VI.

CAP VI.

De ſpiritibus acidis ſalis communis, & nitri, &c.

Notæ generales ſuper omnes ſpiritus acidos.

Nota primò.

NOta primò. Sales quoſdam nativo gaudere acido, quoſdam verò potentiâ tantùm eſſe acidos, & ex non acidis per torturam ignis, vel acidorum fermentorum additione, in acidos converti ſales, experimenta evincunt Chemica, vitriola enim cum nullam aliam ſuæ originis cauſam agnoſcant, quam metallorum mineras per ſales acidos corroſas, ut ſuperiùs annotavimus, hinc igni examinanda dum traduntur, per ultimam torturam ignis, revomunt illud acidum, cujus beneficio in vitriola, erant reductæ metallorum mineræ. hujus manifeſta præbebunt indicia vitriola artificialia martis & veneris, per acidum ſulphuris, oleum vitrioli, ſpiritum ſalis &c. præparata, quæ dum per ignes reſolvuntur, eructant ſuum corroſivùm, & artifici ſignificant qualitates ſui diſſolventis menſtrui.

Nota ſecundò.

Nota ſecundò. Idem arguere videtur nitrum, quod per artem reſolutum, tradit ſpiritum ſalinum inſignitèr acidum, penetrantem, incidentem, corrodentem, qui cùm de novo concurrens cum alcali fixo proprio, vel tartari, iiſcum ebulliendo nitri formam reaſſumit, & ex propriis cineribus (inſtar alterius phœnicis) in priſtinam aſſurgit formam, quod experimentum anſam mihi dedit cogitandi, numne? hic quidem aliquid aliud moliretur artiſta, quam quod per torturam ignis, vel fermentorum acidorum additione, expelleret ipſos ſales nitri acidos, capſulis ſalis fixioris nitri incluſos, qui dum in continuo poſtmodùm ſunt fluore & motu, & undiquaque ſuis acuminibus impingunt in linguam, menti noſtræ communicant ſaporem acidi. magna enim eſt differentia, inter ſalem, cujus partes juxtà ſe mutuo quieſcunt, & inter ſalem cujus partes in continuo ſunt motu. qui enim quieſcunt, juxtà longitudinem ſuam ex tranſverſo linguæ, ut plurimùm incumbunt: illi autem quæ continuo moventur, ut plurimùm, ſuis extremitatibus acuminatis, in linguam profundè impingunt, nervoſque vividè ſatis afficiunt,

ut

ut hoc in acubus ex transverso linguæ impositis, & quiescentibus, vel in iisdem diversis motubus concussis, & quaquaversum agitatis, nec non secundum sua acumina linguæ occurrentibus, cuique exploranti manifestum evadit. longè etiam differunt sales aliis salibus implicati, à salibus suis capsulis extricenti, suique juris facti, quod ipsum sal ammoniacum sufficientèr demonstrat: dum enim sal volatile urinæ, & fuliginis intricata jacent vinculis salis communis, longè alius est sapor & odor, quàm ubi per sales alkalicos tartari, cinerum clavellatorum, nitri fixi &c. resolvitur textura salis ammoniaci, & destructâ ejus mixturâ, libertati suæ restituuntur sales volatiles, qui uti, & linguam, ità & nares satis acriter feriunt, & longè diversum à sale ammoniaco præ se ferunt odorem & saporem. Ex his itaque facilè colligere licet, quarè nitrum, dum mixtura ejus est integra, partesque ejus juxtà se mutuo quiescunt, tàm blandè feriat linguam, & inodorum sit: resolutum verò per ignem, & celeri motu agitatum, non tantùm linguam mordicet, sed insupèr nares odore ingrato feriat.

Nota tertio. Idem experiri licebit in tartaro vitriolato, in quo, dum acidum vitrioli inclusum jacet poris, & capsulis salis alcali tartari, sapor non erit injucundus: verûm si postmodum per torturam ignis capsulis salinis salis alcali fixi tartari, extorqueatur acidum vitrioli, illud linguæ occurrens manifesto suo corrosivo satis inimicè vellicabit nervos linguæ insertos, magnamque saporis differentiam menti nostræ repræsentabit intèr tartarum vitriolatum, cujus sales juxtà se mutuo quiescunt, sibique mutuo sunt implicati, & inter tartarum vitriolatum per ignem resolutum. *Nota tertiò.*

Nota quarto. Multa verò, ex non acidis in acida converti, testantur aceta factitia ex melle, & saccharo, quæ ex summâ dulcedine & mollitie transeunt in acria corrosiva. Idem accidere in œconomiâ animali observarunt practici in fame caninâ, ubi fermentum ventriculi deflectens ab æquilibrio suo, induensque acorem acerbum, quævis alimenta ingesta in liquamem convertit acidum, acerbum, mordax, licet assumpta alimenta de manifesto acido nequaquàm participent. *Nota quartò.*

Nota quinto. In horum autem conversione in acida, nihil aliud contigere puto, quam quod sales, qui antea erant rigidiusculi, oblongi, tereres, mollibus & oleosis partibus involuti, vel per *Nota quintò.*

ignem actualem, vel per fermentationes introductas, vel additione corrosivorum menstruorum, comminuantur in minima ramenta, quæ dum in continuo sunt motu & ab æthere circumagitantur, non possunt non, quin extremitatibus suis acuminatis continuò occurrant linguæ, eamque acritèr vellicicantes, menti nostræ offerant sensum acidi.

Nota sextò. *Nota sexto.* Hoc manifestè apparet in vegetabilium fermentationibus, quæ si vehementiores fuerint, vel diutiùs protractæ, statim acidum induunt vegetebilia: quod testantur aceta factitia ex vino, frumentis, saccharo, melle, quorum sales per fermentationes attenuati & quò ad minima divisi, vertuntur in aceta acria, corrosiva. Idèm observabit practicus in sanguine extravasato, vel humoribus stagnantibus fermentatis, & in pus conversis, quod dum diutiùs in foco suo delitescit, & diutiùs quam par est fermentatur, nares manifesto acido solet perstringere, ex salibus scil. per fermentationem colliquatis & ad statum fluoris evectis.

Nota septimò. *Nota septimo.* In salis verò communis, & nitri conversione in spiritus acidos, observarunt Chemici, quod sine additione negotium hoc difficultèr succedat: sales enim si igni tradideris solos, facilè juxtà se mutuo fluunt, nullosque spiritus emittunt: verùm si misceantur cum illis quæ fluorem in igne non patiuntur, sed constantèr vim ignis eludunt, qualia sunt alumen ustum, silices calcinati, bolus, terra figulina calcinata &c. tum demum fundunt suos spiritus acidos, ità sal commune & nitrum tradunt suum acidum, si horum singulorum partes singulæ misceantur cum tribus prædictorum addimentorum partibus: observandum enim multùm differre, quod sales, cum soli per torturam ignis fluunt, juxtà se mutuo tantùm repant, & valido ignis motui cedentes, ejus vim eludant: dum è contrà cum terreis & silicibus sunt permixti, separentur à se mutuo per interpositionem terræ, silicumve, & separatim circumagitur ab igne, undè dùm fortiter terreis, silicumve partibus acciduntur, in minima dissiliunt ramenta, acidumque quod capsulis suis jacebat inclusum, sui juris fit, vel ipsi sales attenuantur & dividuntur quò ad minima, & ex non acidis vertuntur in manifesta acida.

Nota octavò. *Nota octavo.* Horum salium insignis acredo, cum in multis casibus non arrideret medecis, illos temperare, maturare, & dulcificare

cificare, edocuit chemia. horum enim spirituum acidorum rectificatorum, seu dephlegmatorum, si capiatur, pars una, & misceatur cum tribus vini alkoholisati portionibus, post digestiones, & repetitas destillationes, mixtura hæc solet remittere de acrimoniâ sua, dulcessit, maturatur, & liquorem describit temperatum spiritum nitri, & salis dulcem.

Nota nono Salem communem si calcinaverit ad fluorem usquè artista, & perfuderit pedetentim oleo vitrioli rectificato, observabit, quam promptè resolvatur sal in fumum volatilem acrem & corrosivum, nares fortitèr vellicantem, quem fumum si alcohol vini exceperit & ut artis est, leni igne per retortam destillaverit, obtinebit hac viâ spiritum salis volatilem dulcem, insignitèr incidentem, obstructiones resolventem, diureticum, appetitum larguentem prostratum excitantem, menstruum nobile ad multa mineralia & metalla solvenda. *Notæ nonò,*

Nota decimo. Quod spiritus acidos cum bolo, terrâ, silicibus, &c. præparatos, puriores esse spiritubus cum additione fermentorum acidorum, utpote olei vitrioli, destillatis, quippe hi non planè immunes sunt ab oleo corrosivo vitrioli, sed eocum describunt spiritum mixtum, qui tamen suos usus habet satis notabiles. *Nota decimò.*

Nota undecimo. Ex spiritibus autem acidis cum additamentis terreis præ cæteris arridet spiritus cum bolo destillatus, amœna suâ flavedine, & viredine oculos perstringens, gratâque suâ aciditate lìnguam titillans, quod autem hic præ cæteris amœnum hunc induat colorem, particulis metallicis volatilibus in bolo contentis adscribendum puto, quæ unà cum ramentis salinis collum retortæ transcendunt, spiritum salinum tingunt, utrum autem hæ de auro volatili participent, ex colore judicit artista. *Nota undecimò.*

ARTICULUS I.

Spiritus acidus salis communis, & nitri.

℞. *Salis communis, vel* *spiritus salis, & nitri.*
nitri ℔i.
Boli armeni, vel.
Silicum calcinatorum, vel
Aluminis calcinati, vel

Terræ figulinæ (ex quibus fiſtulæ form.) ℔iij.

Miſceantur exacte, & ex retortâ terrea deſtillentur, igne nudo, in fine augendo ignem ad totalem retortæ excandeſcentiam. ita enim ſales rigidi per ignem circa extremitates intorti, cum propter terras additas, ſe mutuo arcto nexu comprehendere nequeant, tandem in minima diſſiliunt ramenta, & in forma vaporis deferuntur in vas recipiens, & deſcribunt *ſpiritum acidum ſalis*, vel *nitri*. Hæc ramenta ita attenuata, & diviſa per ignem fluunt, quod *Williſius* vocat, in libro ſuo de fermentatione, ſales ad fluorem evectos, quô in caſu imprimunt linguæ noſtræ ſenſum acidi. obtinetque hoc in quibuſvis ſalibus rigidis fixis, qui ſi vel per fermenta, vel per ignem ita attenuentur, & dividantur in atomos ita ſubtiles, & tenues, ut inter ſe fluere queant, ſtatum aciditatis induant.

Vires ſpiritus ſalis

Vires ſpiritus ſalis. Incidit, aperit, attenuat, diureticum eſt. optimum eſt medicamentum contra hydropem: ſitim extinguit: prodeſt in febribus ardentibus, peſte, & ſimilibus: icterum curat; lumbricos, & calculum expellit, & diſſolvit. in chymia plurimi eſt uſûs ad particulas ramoſas metallicas diſſolvendas. præcipitat omnia ſoluta in aquâ forti, &c. quæ præcipitata læviſſima, & albiſſima fiunt. inſuper omnia olea fœtida corrigit, & fœtorem tollit. pleraque etiam ramoſa coagulat, & figit. mineralia volatilizat, ut arſenicum, antimonium, zincum &c. ſalia volatilia figit, unde ſalia ammoniaca fieri poſſunt diverſa.

Doſis.

Doſis. à gutt. ij. ad vi. vel viij.

Vires ſpiritus nitri.

Vires ſpiritus nitri. Potenter attenuat, incidit, aperit, & penetrat: hinc urinam movet, ſudorem pellit, humores fundit, ſitim extinguit, putredinem arcet, ardores ſanguinis reprimit; conducit febribus malignis, peſti. &c. quæ omnia mitius peragit, ſi dulcificatus fuerit cum ſpiritu vini.

Doſis.

Doſis à gutt. iij. ad vij. vel x.

ARTICULUS II.

Spiritus acidus ſalis comm. & nitri per additionem fermenti acerrimi.

Spir ſalis & nitri per additionem.

℞. *Salis communis*, *vel nitri* ℔i.

Aqua

Aqua pluvia ℔i ß.
Ol. vitriol. ℥viij.

Committantur retortæ vitreæ, & instituatur destillatio ex arena, igne primò lento. ita enim stillabit primò phlegma aliquod insipidum, simulac verò guttas observaveris cadentes acidas, vas recipiens arcte cum collo retortæ lutato, ignemque successivè augeto ad totalem humidi expulsionem, & observabis recipiens tuum colore sanguineo pertusum, relinquantur, donec color perierit, vasaque sint refrigerata. spiritum salis, vel nitri in phiola bene obturata reservato, quippe qui continuò fumat, subtilioresque suos sales per aëra dispergit.

Vires. Spiritus hic, licet suspicione adulterationis olei vitrioli non careat, satis tamen gratus est, & usui medico inserviens: exhibeturque in istis affectibus, in quibus spiritus salis, vel nitri exhiberi solet. *Vires*

Dosis. à gr iij. ad vi vel viij. *Dosis.*

Sal verò in fundo retortæ ex destillatione nitri remanens, multos & insignes usus obtinet in praxi medica, exstinguit ardores sanguinis, figendo sales & sulphura volatilia nostri sanguinis; sitim lævat, aperiendo poros vasorum lymphaticorum, pituitam tenacem incidendo: in scorbuto oris adjumentum singulare est, si os sæpius hoc sale, in aquâ plantaginis soluto, colluatur: diureticum, & diaphoreticum est: & in genere præstat illud omne, quod adscribitur sali prunellæ. *Caput mortuum nitri.*

ARTICULUS III.
Sal mirabile Glauberi.

℞. *Caput mortuum, in destillatione spiritus salis relictum.* *Sal mirabile Glauberi.*
Dissolve id aquâ ferventi, vel ad minimum tepidâ, ne tamen vitrum rumpatur. solutum filtra per chartam. colaturam evapora, ut tertia tantum pars pereat. residuum relinque in loco frigido per XXIV. horas, & liquor, magna ex parte, concrescit in chrystallos. in superficie præsertim. in fundo autem hærebit liquor valde corrosivus: qui à chrystallis separandus est. chrystalli verò non debent esse corrosivæ, sed, vel salsæ tantum, vel ex salso dulces. quod si corrosivæ sint, tum significat, nimis multum esse evapo-

 ratum

ratum ex aqua, in qua continebantur: necesseque est adhuc semel dissolvere aquâ purâ, iterimque filtrare: tum evaporare, sed cautè, ne nimium aquæ evaporetur, sed tantum, ut possit hoc sal commode chrystallizari, quæ chrystalli vocantur *sal mirabile glawberi*.

Usus. *Usus.* Hoc sal coagulatum leniter, exiccatumque super arena in pulverem, vim habet coagulandi diversos liquores, nempe cerevisiam, vinum, acetum: si una pars salis hujus calcinati misceatur cum tribus partibus liquoris, reponanturque per noctem. sic liquor cum sale hoc abibit in glaciem.

ARTICULUS IV.

Rectificatio spiritus salis, vel nitri.

Spiritus salis vel nitri rectificatus.

℞. *Spiritus salis*, vel
nitri q. v.

Hunc infunde phiolæ, & igne aperto evaporetur, donec flavi vapores adscendere incipiant. dein ab igne removeatur, & ad usum servetur.

Vires. *Vires.* Inservit spiritui dulci conficiendo, ut & omnibus solutionibus metallicis. eodem modo in genere rectificantur omnia acida.

ARTICULUS V.

Spiritus salis, & nitri dulcis.

Spiritus salis, & nitri dulcis.

℞. *Spiritus salis*, *vel*
nitri exacte rectificati ℥i.
Alcohol vini purissimi ℥iij.

Misceantur, & committantur retortæ vitreæ, digerantur per XXIV. horas:) lenique igne postmodum destillentur ad siccitatem usque, applicato recipiente vitreo amplissimo, cujus orificium ad collum retortæ optimè quadret. hanc operationem bis, terve repetito, donec spiritus acidi renuncient suæ acredini, & ad statum temperatum reducti sint. hac enim in operatione tenue, & flexile oleum vini se circumdat scindentibus salium spiculis, illaque mollitie suâ involvit: sal itidem volatile vini occurrendo sa-

libus

libus acidis, illos invertit, ut hoc ex quovis occursu alcohol volatili, & acidi patet.

Vires. Spiritus salis dulcis est diureticus, & alexipharmacus subtilissimarum partium. Extinguit sitim: præservat humores à corruptione. imprimis conducit febribus malignis, & pesti, tàm cum potu ordinario exhibitus, quàm saccharo (quantum capere potest, ut fiat liquor syrupi instar) exceptus. *Vires.*

Spiritus nitri dulcis diureticus, febrifugus, antipleuriticus, anticolicus est: valet contra pestem: arcet putredinem: extinguit sitim: penetratque totum corpus. hinc infinitis morbis est utilis. potest edulcorari saccharo, quantum capere potest, ut fiat instar syrupi, & tum ad cochleare ʒß. exhiberi potest.

Dosis. Per se est à ℈ß. ad gutt. ℈i. in poculo cerevisiæ, aut vino. vel, si est syrupus, cochleare ʒß. *Dosis.*

ARTICULUS VI.
Spiritus salis volatilis dulcis.

℞. *Salis communis calcinati ad fluorem usque* ℥vi.
Olei vitrioli ℥ij.
Alcohol vini ℥iv.

Spir. salis volatilis dulcis.

Sal commune calcinatum committe retortæ vitreæ; eique affunde alcohol vini: & postmodum adde guttatim oleum vitrioli. lenissimoque igne destillentur simul ad siccitatem usque. ita enim alcohol vini secum vehit subtilissima salis ramenta, per oleum vitrioli ad fluorem evecta, & ad summum attenuata, eoque blando suo oleo temperat, maturat, & dulce facit, describitque verum spiritum salis volatilem per sulphur vini correctum.

Vires. Hic spiritus potenter obstructiones reserat: sudores, & urinas movet: putredini resistit; appetitum prostratum excitat; & præstat illud omne, sed potentius, quod chymici adscribunt spiritui salis dulci. *Vires.*

Dosis. In haustu vini, aut liquoris convenientis à guttis x. ad xx. *Dosis.*

ARTICULUS VII.
Decrepitatio salis communis.

℞. *Salis communis* ℔ß.

Sal decrepitatum.

Inde patellæ terreæ non vitriatæ, quam impone carbonibus accensis,

ſis, & ſpatulâ ferreâ ſal crebrò agita; audieturque magnus ſtrepitus ſalis ab igne agitati, qui vulgo decrepitatio dicitur. relinquatur ſal tamdiu, donec non amplius crepet, ſed ſub forma pulveris relinquatur. Hic pulvis dicitur *ſal decrepitatum*.

Uſus. *Uſus*. Inſervit reverberandæ calci ſalis: deſtillando ſpiritui ſalis: cœmentrando antimonio, & veneri, aliiſque pluribus uſubus.

ARTICULUS VIII.

Terra virgo.

Terra virgo. ℞. *Salis communis decrepitati* ℔ ß.
Boli rubri vulgaris ſubtiſſimè pulv. ℔ i ß.

Fiatque deſtillatio ex retorta terrea, in igne reverberii, cum amplo recipiente, per xxx. horas, primò leni igne, poſtea fortiori. ſic prodibit, cum nebulis albis, ſpiritus ſalis marini, qui ſervetur uſui. retortâ refrigerata, accipiatur caput mortuum; eique affunde *aquæ ferventis ſ. q.*, idque in ollâ ferreâ. digere per noctem. tum leniter decanta aquam limpidam; eamque filtra, & colaturam evapora in olla ferrea ad ſiccitatem uſque. & relinquetur in fundo ſal aliquod fixum albiſſimum, quod ſervetur uſui. hoc enim helmontio *terra virgo* dicitur

Uſus. *Uſus*. Inſervit parando lapidi butleri. aliàs eſt ſal non abſimile alcali alicujus: particeps tamen adhuc acidi eſt.

ARTICULUS IX.

Lapis butleri.

Lapis butleri. ℞. *Hujus terræ virgin.* ℥ i.

Fluat in crucibulo ſuper igne ſatis valido. quando fluxerit, effundatur tum ſuper lapidem mundum.

℞. *Hujus refrigerati* ʒ v.
Primi entis veneris non edulcorati ℈ v.
Uſneæ ℈ ß.

Miſce, & ſubige cum pauxillo aquæ, in quâ icthyocolla ſoluta fuit, & redige in unam maſſam, vel in plures trochiſcos, aut lamellas quadratas. Hic enim helmontio dicitur *lapis butleri*.

Veres,

Vires. Habetur helmontio pro medicamento universali, quod solo tactu, affrictu, vel linctu, omnem morbum internum sanare creditur. quâ de re videatur ipse helmontius in libello dicto butleri. *Vires.*

Articulus X.

Regeneratio salis communis.

℞. *Spiritus salis commun.* ℥i.

Ei guttatim affunde *oleum tartari per deliquium*, quamdiu effervescit. mixturam evapora ad siccitatem. & relinquetur in fundo sal commune artificialiter constructum ad modum salis naturalis. *Sal commune regeneratum.*

Articulus XI.

Alcalizatio nitri.

℞. *Nitri purissimi, & optimi* ℥iv.

Terantur in pulverem subtilem, qui pulvis indatur crucibulo mundo, quod imponatur carbonibus accensis, ut fluat instar aquæ. cum fluxerit, indatur frustrum carbonis igniti, expectetur tamdiu, donec illud frustulum effervescendo cum nitro sit consumptum. tum repete illam injectionem carbonum toties, donec nitrum non amplius inflammetur, sed relinquatur sub massa sicca, & virescente, & erit *nitrum* recte *alcalisatum.* *Nitrum alcalisatum.*

Usus. Inservit parando liquori fixo nitri, qui & *alcahest glawberi* dicitur. *Usus.*

Articulus XII.

Liquor nitri fixi, sive alcahest glawberi.

℞. *Nitrum alcalisatum, seu fixatum.*

Solvatur hoc sufficienti quantitate aquæ ferventis. solutum filtretur per chartam, colatura evaporetur in vitro evaporatorio ad siccitatem usque. & relinquetur in fundo sal quoddam acerrimum: scilicet nitrum fixatum jam depuratum, & à carbonibus liberatum. hoc sal in orbe vitreo, aut terreo vitriato, reponatur in locum frigidum, humidum, qualis est cella, & relinquatur ibi tamdiu, *Liquor nitri.*

diu, donec per deliquium solutum fuerit in liquorem limpidum. decantetur hic *liquor* limpidius, & servetur usui. hic enim est liquor *Nitri fixi*, sive, *alcahest glawberi*.

Usus. *Usus*. Est menstruum singulare, & celeberrimum alcalinum, in omnibus tribus regnis. immediatè tamen gummata, resinas, & animalium partes resolvit, atque ita aperit, ut postea commodè, beneficio alcohol vini, genuina tinctura elici queat: hoc mediatè verò ex regno minerali facit, ubi nempe mineralia prius à menstruo acido in calcem sunt redacta. imprimis tamen gummata, & resinas resolvit, nempe cum sulphura concreverint beneficio acidi, alcahest hoc, quod naturæ alcalinæ est, destruendo acidum, partes sulphureas recludit, atque ita vinculum eorum infringit, ut partes integræ separari possint. modus autem procedendi est; ut dictum sit in methodo generali extrahendi ex vegetabili regno tincturas, capitô primô.

ARTICULUS XIII.

Nitrum vitriolatum.

Nitrum vitriolatum. ℞. *Caput mortuum aquæ fortis, præparatæ ex æquali parte vitrioli calcinati, & nitri puri.* solvatur hoc aquâ ferventi: digerantur per XXIV. horas. tum filtretur per chartam. aquam limpidam, quæ chartam transiit, evapora ad cuticulam, vel ad siccitatem: & relinquetur sal quoddam albissimum ad viriditatem aliquo modo declinans. hoc sal super charta, in arena calida, fortiter exiccetur, & relinquetur sal durum, & album, atque splendens, quod servetur usui.

Vires. *Vires*. Movet interdum sudores: interdum etiam per alvum purgat. est valde acutum, & penetrans, conducitque morbis chronicis, scorbuto, & hypochondriacis.

Dosis. *Dosis*. Est ℈. ß.

ARTICULUS XIV.

Nitrum fulminans.

Nitrum fulminans. ℞. *Nitri purissimi* ℥iij.
Sal. tartari ℥iß.
Sulp. communis ℥i.

Teran-

Terantur omnia in mortario ferreo subtilissimè. pulvis servetur usui.

Usus. Si quis pauxillum super lamellâ cupreâ, imposita carboni vivo, reponat. sic brevi spatio pulvis liquefactus, cum maximo strepitu, instar bombardæ, in auras eliditur. quod potest inservire pro experimento in exploranda vi pulveris pyrii, qui simili modo construitur: aliàs in medicina fortè non habet usum. *Usus.*

ARTICULUS XV.

Lapis prunellæ.

℞. *Nitri purissimi pulverisati* ℥ij. *Lapis prunellæ.*

Inde crucibulo puro, & super carbonibus accensis repone, ut fluat instar aquæ. fluenti adde

Florum sulphuris pulver. ʒß.

Quibus incendio absumptis, effunde fusum nitrum super lamellam cupream mundam, ut fluat in tabellas, quæ sunt ipsum sal prunellæ, sive chrystallum minerale dictum. alii solvunt in aquà calida, filtrant, & chrystallizant. sed sufficit, contentum esse priori præparatione.

Vires. Refrigerat, repellit, putredinem arcet, acrimoniam acidam temperat. conducit in dysenteria, in febribus malignis, in inflammatione faucium, aliarumque partium. *Vires.*

Dosis. Est ℈ß. ad ℈i. sudoriferis additur ad iv. vel vi. *Dosis.*

ARTICULUS XVI.

Nitrum nitratum.

℞. *Nitri purissimi* ℥ij. *Nitrum nitratum.*

Sp. nitri ℥iij.

Macerentur simul per horas aliquot. dein igni superponatur, ut omnis liquor evaporetur. sic in fundo remanebit sal candidissimum fracto vitro eximendum.

Vires. Locum lapidis prunellæ replere potest, sed multò fortius existit medicamentum, interno usui tantum dicatum, in omnibus febribus ardentibus, peste, scorbuto, morbis contagiosis, &c. *Vires.*

Nota bene. Eodem modo omnia salia muriatica spiritu proprio ex *Nota bene.*

exsatiari possunt, ut magis convenientia palato fiant, & viribus excellentioribus prædita. sic sal commune hoc modo præparatum, optimi condimenti loco esse possit, & præservativum in scorbuto, putredine, peste, & morbis contagiosis. idem etiam ad carnes, & vegetabilia condienda, plus in una ℥. efficiet, quàm ferè ℔1. salis communis, cum hac differentia, quod carnes hoc modo conditæ multò gratioris sunt usûs, & citissimè percoqui possunt. non opus verò est ad condimenta facienda spiritum super sal evaporare, verum tantum spiritus unà cum sale superfunditur condiendis. & & in culina, si carnes animalium vetustiorum percoquendæ sint, cum hoc sale ad ʒi. vel ʒij. affuso, si percoquantur, adinstar juniorum citissimè esui aptæ evadent v. gr. gallinæ, &c. si vegetabilia hoc modo condiantur, in virore suo, & propria substantia permanent, sine ullo putredinis metu. v. gr.

℞. *Cucumerum minorum immatur. q. v.*

Hisce superfunde sequentem mixturam, videlicet.

℞. *Aceti vini acerrimi pint.* 1.
Spiritus salis ℥i.
Sal. communis ʒij.

Misce, & cucumeribus superfunde, & nunquam corrumpentur.

CAP. VII.

De vitrioli præparationibus.

ARTICULUS I.

Calcinatio vitrioli.

Vitriolum calcinatum.

℞. *Vitrioli vulgaris* ℔iij.

Indatur ollæ terreæ, quæ apponatur igni, relinquaturque ibi tamdiu, donec bulliendo desiccatum sit ad duritiem lapidis. &, peractà operatione, fractàque ollà, deprehendetur vitrioli color triplex. in parte superiori, erit flavus: in medio, albus; in fundo ad rubedinem tendet. atque hic est triplex modus calcinandi vitriolum, ad flavedinem, albedinem, & ad rubedinem. ultimum propriè *calcothar* dicitur: quamvis hoc nomen etiam de capite mortuo vitrioli, post destillationem spiritus, & olei, dicatur. hoc vitrio-

vitriolum calcinatum redigitur in pulverem minutissimum, & servatur usui.

Usus. Inservit destillationi spiritus, & olei vitrioli, ut & parandæ aquæ forti. *Usus.*

ARTICULUS II.

Spiritus volatilis, & oleum vitrioli.

℞. *Vitrioli hungarici, vel anglici q. p.* *Spiritus volatilis vitriolis.*

(Vitriolum cum multum terræ in sua generatione comprehendat, non opus habet additione terræ peregrinæ, sed per ignem solum vertitur in acidum potentissimum) calcinetur ut artis est, ad albedinem, & flavedinem. fiat destillatio ex igne aperto, primò quidem leni igne: ita enim exudat portio phlegmatica cum spiritu volatili vitrioli. ignem successive auge, quousque retorta probè candere incipiat. ignem vero per XXIV. horas isto tenore fove ad ultimam liquoris egressionem: ita enim causticum suum, quod vocant, oleum eructat, una cum sale suo volatili sulphureo, quem ut solum obtineas, hac præcedito methodo. oleum, phlegma, & spiritum vitrioli, post destillationem XXIV. horarum in vas recipiens, contenta, committito phiolæ, vel cucurbitæ altiori, & lenissimo igne spiritum volatilem auferto, qui suum phlegma, & oleum corrosivum post se relinquit in fundo. hunc spiritum cautè ab injuriis aeris defendito; subito enim in auras evanescit, si vel mimima ipsi avolandi occasio detur.

Vires. Spiritus vitrioli volatilis summum est aperiens, uti & diaphoreticum. quem proinde paracelsus, in suo diaphoretico, in peracutis revocat in usum medicum. *Vires.*

℞. *Spiritus tartari volatilis.*
vitrioli volatilis aa. ℥ß.
vini theriacali camphorati aa. ℥iv.

Misce, fiat mixtura de tribus dicta, cujus usus insignis est in epilepsia, paralysi, morbis soporosis, vertigine, hydrope, obstructionibus mensium, &c. spiritus vitrioli acidus volatilis refrænat & compescit ebullitiones salis, & sulphuris volatilis in sanguine humano: ac proinde in febribus ardentibus cum vehiculis convenientibus frequenter exhibetur.

Dosis. *Dosis.* Sp. vitriol. vol. à gutt. vi. ad xx. in vehiculo convenienti.

Oleum vitrioli. *Oleum vitriolum.* Causticum non ita interius exhibendum suadeo, nisi cum aliis bene sit temperatum, hoc, cum sale tartari fermentatum, nobilissimum exhibent medicamen; tartarum scil. vitriolatum.

ARTICULUS III.

Vitriolum martis.

Vitriolum martis. ℞. *Limatur. martis.*

Olei vitrioli cum phlegmate permixti aa. q. s.

Affunde limaturæ martis stillatim oleum vitrioli, quousque effervescentiam sedatam observaveris. relinquantur per aliquod temporis spatium, & totam massam quasi in vitriolum conversam observabis. huic affunde aquam pluviam ad eminentiam trium, vel quatuor digitorum transversorum. ita enim pluvia in se combibit vitriolum martis. pluviam filtra, &, ut artis est, ad cuticulæ apparentiam evapora, & in loco quieto chrystallos expecta virides. reliquum liquoris de novo ad cuticulæ apparentiam evapora, & procede, ut prius.

Vires. *Vires.* Exhibetut vitriolum hoc in obstructionibus mensium, mesenterii, in passionibus hypochondriacis. præterea specificum antidotum est contra vermes.

Dosis. *Dosis.* à gr. v. x. ad xv.

Aqua spadana artificialis. *Aquam spadanam* Ex hoc vitriolo martis si componere velis, hoc modo procedito:

℞. *Aq. pluviæ filtratæ, & admodum coctæ q. p.*

Cum hac misce tantum *vitrioli martis*, donec mineralem, & vitriolicum saporem acquirat. Hâc repleto ampullas tuas, &, ut artis est, vitriolum sulphure imbue, hac methodo.

℞. *Sulphuris depurati q p.*

fluat in tigillo, & eo commisce grana aliquot *coriandri*. Sulphure isto fluente linteamina, prout artis est, trajice, ac incende; fumumque sulphuris in orificium ampullarum tuarum, per tubum flando, coge. ita enim aqua tua mineralis odorem sulphuris concipiet quam arctim sigilla subere, in duabus partibus resinæ picis, & una parte picis liquidæ, tincto.

Usus.

Usus Hatum aquarum artificialium coincidit cum aquis ſpadanis. urinam cient. obſtructiones lienis, & meſenterii potenter reſolvunt. aqua hæc ægris exhibetur eo regimine, ut ſucceſſivè doſim augeas; quousque ejus operationem per diureſin, vel quandoque per ſedes, obſervas. ſaporis gratiâ, addere poteris ſingulis doſibus grana aliquot ſacchari aniſati. *Uſus, & doſis.*

Articulus IV.
Sal album vitrioli.

℞. *Vitrioli martis q. v.* *ſal album vitrioli.*

Calcinetur ad rubedinem. dein extrahe cum aqua communi, ſal album, ut moris eſt.

Articulus V.
Panacea ex vitriolo.

℞. *Vitrioli hungarici optimi q. pl.* *Panacea ex vitriolo.*

Committantur retortæ vitreæ, & elicinatur inde, ut artis eſt oleum cauſticum, calcinando primitus vitriolum ad albedinem, vel flavedinem. oleum à ſuo phlegmate rectificato, & ſeorſim reſervato. Caput verò mortuum aëri exponatur libero per tres menſes, de die cavendo, ne radii ſolis caput mortuum perſtringant; itidem ne pluvia caput mortuum diluat; ita enim caput mortuum ſucceſſivè imprægnatur ſali volatili aëreo, tanquam pretioſiſſimo fermento, quô ſpatiô elapſo, affundite capiti mortuo vitrioli *rorem majalem deſtillatum*, loco roris poteſt capi pluvia deſtillata, digerantur ſimul ſuper cineres per 48. horas, poſtmodum rorem absque perturbatione fœcum filtra, & ad ſiccitatem ſalis evapora, hunc ſalem ſeorſim reſerva. affundatur poſtmodum oleum, quod ſeorſim reſervaſti, *limatura chalybis*, & inde elicito, ut artis eſt, vitriolum martis, quo cum procede eodem modo, ut dictum de vitriolo Hungarico, eliciendum inde oleum & ſalem. hos ſales, ex utroque capite mortuo provenientes, miſceto ſimul. oleum verum ad ſummum rectificato: & memento ſales debere exactiſſimé depurari, ne quid terrei, & peregrini ipſis adhæreat, quod fit ſæpius ſolvendo cum rore majali, filtrando, & coagulando, vel evaporando.

Horum

℞. *Horum salium ex capitibus vitrioli praeparat. aa.* ℥i.
Olei vitrioli summe rect. ℥i ß.
Auri purissimi in subtilem crocum redacti ʒij.

Committantur phiolæ sublimatoriæ hermeticè superius sigillatæ, & prudenti ignis regimine coquantur, & digerantur, donec concrescunt simul, intimâ unitione sulphuris, & salis factâ, in formam lapidis medicinalis, & elaboratum erit medicamen, quám proximè ad universale accedens.

Vires. *Vires.* Panacea hæc, ita dextré elaborata, medicina est universalis (quantum fieri potest) ordinariò per sudores, & urinas opus suum exequens destinatum. fermentationes nostri sanguinis restituit, & obstructiones quasvis fœliciter solvunt.

Dosis. *Dosis.* à granis iij, iv. ad v. in convenienti vehiculo.

ARTICULUS VI.

Oleum vitrioli volatile, & dulce.

Oleum vitrioli volatile & dulce.

℞. *Mercurii vivi à nigredine loti* ℥i.
Olei vitrioli rectificat. ℥iij.

Committantur simul retortæ vitreæ, & ex arena, instituatur destillatio, quam continuato usque ad siccitatem mercurii. & obtinebis turpethum minerale cum oleo vitrioli elaboratum. Huic *turpetho* affunde *alcohol vini purissimi* ℥vi. stent in digestione per noctem. mane autem instituatur destillatio. ita enim obtinebis oleum vitrioli, blando cum igne, unâ cum spiritu vini transiens in vas recepiens. liquorem destillatum denuò turpetho affundito, & instituatur destillatio, ut prus. & hoc continua, quousque mercurium rectificatum observabis. ita enim oleum dulce, & volatile factum est, per spiritum vini, & præparatum est menstruum maximarum virium in tincturis extrahendis ex vegetabilium, & mineralium regno.

Vires. *Vires.* Interius liquor hic exhibitus convenit cum virtutibus spiritus nitri dulcis. phlegmata tenacia incidit: appetitum prostratum instaurat: obstructiones mensium, & mesenterii fœliciter resolvit, præcipue si hoc cum menstruo elixir propr. paracelsi elaboratum fuerit.

Dosis. *Dosis.* à gutt. iv. ad gutt. xv. vel xx.

ARTICULUS VII.
Sal vomitivum vitrioli.

℞. *Capitis mortui post destill. olei vitrioli relicti*, *q. v.* Coque in ollâ ferreâ cum aquâ purâ. repone per noctem, ut rubicundus pulvis petat fundum. tum aquam superfluitantem decanta, & filtra per chartam. colaturam evapora ad siccitatem usque, & quidem in vitro puro. quod relinquetur, dicitur *sal vomitivum vitrioli.* *Sal vomitivum vitrioli.*

Vires. Movet vomitum, & secessum. *Vires.*

Dosis est ʒi. in aquæ cinnamomi ℥i. *Dosis.*

CAP. VIII.
De salis ammoniaci præparationibus.

ARTICULUS I.
Spiritus salis ammoniaci.

Spiritus salis ammoniaci.

℞. *Salis ammoniaci* ℔i.
alcali, videl. tartari, vel
cinerum clavellatorum, vel
Alterius cujus libet alcali, ℔ij.
Aq. comm. pint. ij. *vel q. s. ut bene innatare possunt salia.*

Terantur omnia seorsim; indanturque retortæ vitreæ, & affusa sufficienti quantitate aquæ puræ, fit destillatio ex arena, applicato recipiente satis amplo. cujus orificium exactè quadret ad collum retortæ. & intra tres, quatuorve horas, cum igne tertii gradus, prodibit primò sal volatile in forma sicca, quod lateribus recipientis, instar nivis, adhærebit. continua destillationem, donec hoc sal volatile siccum à subsequente spiritu liquido commodè in formam liquidam redactum fuerit. tum statim remove recipiens, & subere accuratè claude. nam quod amplius prodit ex retorta, purùm phlegma est.

Vires. Insignem habet vim excitandi apoplecticos, & soporosos; resolvit, & attenuat: aciditatem omnem temperat, & extin- *Vires.*

guit : hinc infinitis morbis utilis est : uti sunt hysterica , & hypochondriaca passio , epilepsia , podagra , ardor stomachi , scorbutus , aliique.

Dosis. *Dosis.* à ℈ ß. ad ℈i. in aliquâ aquâ destillatâ.

Nota primò. *Nota primo.* Pro diversis adhibitis salibus alcalicis , diversus etiam elicitur spiritus , majori , vel minori penetrandi vi præditus. v. g. si loco cinerum clavellatorum , vel salis tartari , recipiatur calx viva , fugacissimus inde emergit spiritus. id etiam fit , si mineralia assumantur , vel metalla , acidum valde imbibentia, v. gr. lapis hæmatites , lapis calaminaris , limatura martis , &c.

Nota secundò. *Nota secundo.* si hisce fæcibus remanentibus denuò recens alcali addatur , de novo recentem præbebit spiritum , & sal volatile.

ARTICULUS II.

Flores salis ammoniaci.

Flores salis ammoniaci. ℞. *Capitis mortui in destill sp. sal. amm. relicti q. v.*

Solve aquâ ferventi , & filtra per chartam : colaturam limpidam evapora , in olla vitriata , ad siccitatem usque ; agitando spatula ferrea , donec sal relictum fuerit siccum , & albissimum. hoc sal sublimetur per se , sine ulla additione , ex cucurbita ferrea , in igne aperto , quamdiu aliquid adscendit , quod ex fumo cognoscitur , & acquirentur in magna copia flores albissimi , qui serventur usui.

Vires. *Vires.* Sunt sal volatile penetrantissimum , pollens magna vi incidendi , attenuandi , & aperiendi : sed nullius saporis , & odoris urinosi. conducunt in febribus , in urina , & sudore ciendo.

Dosis. *Dosis* est ℈ ß.

CAP.

CAP. IX.

De arsenici præparationibus.

ARTICULUS I.

Fixatio arsenici.

℞. *Arsenici albi*
Nitri aa. ℔i.
Tartari crudi ℥iv.

Arsenicum fixatum.

Terantur, & exacte misceantur, & detonentur in crucibulo candente, ut artis est, in antimonio diaphoretico, cavendo tibi cautè à fumo; quod commodissimum fit, si crucibulum in loco aperto ponatur, ut autem te inter conclave continetur, & ex fenestra eximito, & per hoc foramen materiam tuam crucibulo candenti committito, eâ cautione, ne vel homines, vel bruti in viciniosint.detonatione peractâ,edulcoretur arsenicum à salibus suis, & misceatur de novo cum eadem quantitate nitri, & tartari, & detonetur, ut prius; eamque operationem tertia vice repetito; in ultima vero detonatione, ubi arsenicum est edulcoratum, candiat arsenicum in crucibulo per horam unam, vel alteram.

℞. *Hujus arsenici fixi* ℥i.
Rad. ari pulver. ℥iv.
Fuliginis splendentis q. s. ad colorem gryseum introducendum, reservetur hic pulvis in phiola bene occlusa, & cautè defendatur ab aëre.

Figitur arsenicum faciliori modo, sequenti methodo,

℞. *Sal. mirabil. glawberi* ʒiv.
Arsenici alb. crystallizat ℥ß.

Fluat sal mirabile in crucibulo. cui adde arsenicum pulverisatum. fluant simul per horam unam vel alteram.. ablue, & aqua pluviali edulcora. arsenicumque tuum de novo cum eâdem portione salis fundito, & tertiâ vice repetito, & ultimò cum alcohol vini coquendo ad siccitatem maturetur. ita enim arsenicum à suo corrosivo, magnâ ex parte, liberatur, & ordinario misceri solet cum radicibus ari, fuliginis, ut inde oriatur pulvis gryseus.

Vires. Miscetur cum emplastro; vel in forma pulveris excipiatur à

Vires

tur à lana rotunda, salivâ jejunâ medefactâ, cancroque imponitur. applicatur etiam pulvis hic arsenici correcti in sordibus ulceribus malignis, qui mundificat. ut postea sarcotica admittant, ac iis ad cicatrisationem adduci queant.

ARTICULUS II.
Magnes arsenicalis.

Magnes arsenicalis.

℞. *Arsenici albi.*
Antimonii crudi
Sulphuris comm. aa. ℥iv.

Terantur omnia seorsim minutissime: cribrentur, & misceantur. Indatur massa patellæ terreæ non vitriatæ, & super leni igne carbonum accensorum fac ut fluant omnia simul, spatulâ aliquâ ferreâ movendo: cavendo ne massam accendatur, quod facillimè contingit. quando omnia optimè sint mixta, tum effunde super lapidem in lamellas, & habebitur medicamentum grysei coloris, non absimile nempe colori magnetis nativi, quod servetur usui.

Vires.

Vires. Possidet attrahendi, & maturandi, inde & nomen accepit. est verò externi tantùm usus, conveniens emplastris carbunculis, & bubonibus pestilentialibus.

CAPUT X.
De Sulphuris præparatione.
Notæ generales.

Nota primò.

NOta primò. Pinguedo hæc resinosa terræ licet nec gustu, nec odore, latitantis salis ullum det indicium, attamen in suâ resolutione per ignem, salis acris mordicantis, & corrosivi manifesta tradit documenta: oleum enim sulphuris per Campanam (ut Chemici hos sales, in liquorem condensatos, appellare gestiunt) corrosivum est insigne, ad naturam olei vitrioli accedens.

Nota secundò.

Nota secundò. Sulphur autem participare de occulto sale vitriolico, arguere videntur ipsius natales, quippe ex eàdem matrice sæpiùs excoquitur, & sulphur, & vitriolum, undè non leve argumentùm oritur, quod inter vincula, & nexus particularum hamosarum,

ſarum, & ramoſarum pinguium, & inflammabilium ſulphuris, latitent, & hæreant ſales vitriolici, qui (dum particulæ hamoſæ & ramoſæ piugues conburuntur) fluorem adepti, & circà latera campanæ collecti, condenſuntur in liquorem ſalinum acidum corroſivum, æmulantem aciditatem ſpiritûs, ſeu olei vitrioli, quippè participans de eodem ſale vitriolico.

Nota tertiò. Differentia tamen aliqua notari poteſt inter oleum ſulphuris per Campanam, & oleum vitrioli extremâ flammarum torturâ elaboratum, quippè oleum ſulphuris per Campanam purius eſt, & tenuius: oleum vero vitrioli craſſius eſt, magis adſtringens, linguæque pertinacius inhærens, undè etiam pro turpeto minerali elaborando, ſolet præferri oleum ſulphuris per Campanam, quod poſtmodùm ſe à præcipitato faciliùs ablui, & ſeparari patitur, quam oleum vitrioli, quod ingratâ adſtrictione præcipitatum inficere ſolet. *Nota tertiò.*

Nota quartò. Hanc autem differentiam violentiæ ignis adſcribendam puto, cujus ope, non tantum acidum vitrioli extorquetur, ſed inſupèr immatura quædam mineralium ramenta unà cum acido vitrioli, continuis flammis, elevata, hanc labem oleo vitrioli inurunt, & non levis ſuſpicio eſt, ſales in igne contentos (dum vitriolum per 48 horas, plùs, minùſve, pro ſtructurâ vaſorum) in igne detinetur, huc ſuum conferre: ſales enim in igne contentos huic negotio pondus aliquod addere poſſe, edocent notabilia augmenta, quæ metallis accreſcunt, dum ſupèr ignem calcinantur, ignium enim ſales poris metallorum implicati, pondus illorum ſenſibilitèr ſatis augent, ut hoc in cineribus plumbi ſuper ignem calcinatis in minium, manifeſtiſſimum eſt. *Nota quartò.*

Nota quintò. Ad hos occultos ſales vitriolicos, ſub pinguedine ſulphuris deliteſcentes, cum attenderent Chemici, non abs re, in affectubus, ſale corroſivo oriundis, ut tuſſi contumaci, ſputo ſanguinis, eroſionibus, & exulcerationibus pulmonum, ſulphur cum ſalibus alcalicis fermentandum edocuêre, quippè in hâc ſulphuris cum ſale tartari, vel cinerum clavellatorum fermentatione, infringuntur, & occiduntur ſales vitriolici, & textura pinguedinis hujus reſinoſæ ſulphureæ reſeratur, multùmque attenuantur partes oleoſæ pingues, ità ut poſtmodùm ſe ab oleoſis, & ſalinis volatilibus diſſolvi patiantur. hac enim viâ eliciuntur ex ſulphu- *Nota quintò.*

re fermentato cum ſalibus alcalicis tincturæ ſulphuris generoſæ: ſulphur hoc fermentatum coctum cum pluviâ, vel aquâ aliqua deſtillatâ pectorali ad diſſolutionem ſulphuris, cum debitâ portione ſacchari, tranſit in ſyrupum diaſulphuris pectoralem: ex eodem ſulphure fermentato cum alcali tartari, & reſoluto per coctionem cum pluvia, mediante aceto ſtillatitio, vel phlegmate vitrioli, præcipitatur magiſterium, ſeu lac ſulphuris: tandem pleraque balſama ſulphuris hoc ſulphur fermentatum pro baſi agnoſcunt, pro diverſitate enim oleorum, quorum ope per digeſtionem, vel coctionem ſulphur reſolvitur, balſama etiam variis nominibus inſcribi ſolent, ut ſuccinatum, therebintinatum, juniperatum, aniſatum: quorum omnium eadem eſſe poteſt eloborandi methodus; hac tamen cum reſtrictione, quod conducat, balſama internis affectubus approprianda, blandiori digeſtione cum patientiâ elaborare, ne per ignem magis ſtrenuum, empyreumaticum & nauſeabundum contrahant odorem & ſaporem, pro externis autem affectubus coctionem oleorum cum ſulphure fermentato intercedere nil vetat.

Nota ſextò. *Nota ſextò.* Hæc autem balſama ſulphuris ſimplicia, ſi additione aliorum efficaciora, & magis compoſita deſideraverit artifex, ſulphuri fermentato addat aloën, myrrham, crocum unà cum camphorâ, ex quorum artificioſâ combinatione cum oleo juniperi & therebintinæ, reſurget balſamum nobile, corpora præſervans à putredine, quodque in peſte, & morbis contagioſis, felici cum ſucceſſu, tùm ad præſervationem, cùm ad præſentem morbum debellandum, propinari poterit: ſuffocat enim balſamum hoc fermentum peſtilentiale, & potenter per ſudores expellit.

Nota ſeptimtò. *Nota ſeptimò.* Si quis autem ſulphura mineralium præferat vulgari ſulphuri, ea reſolvat arte Chemica per ignem, & ſales, ut ſulphur terreis, & ſalinis minerarum clauſtris incluſum, ſui juris fiat.

Nota octavò. *Nota octavò.* Ita enim ſi ſcoreis ex regulo antimonii affundatur oleum therebintinæ, & lege artis tractentur, oleum therebintinæ ſuſcipiet in ſeſe portionem ſulphuris antimonii in ſcoreis regulinis latitantis, per nitrum, & tartarum ex terreis antimonii vinculis educti. Antimonium ſi fundatur cum reſiduo ex deſtillatione ſpiritus ſalis cum oleo vitrioli; ità ut duæ ſint partes ſalis, una, antimonii, reſerabitur compages antimonii, ejuſque ſulphur clau-

ſtris

ſtris terreis, & ſalinis extricabitur, unde ſi poſtmodum digeratur antimonium reſolutum per ſal hoc duplicatum, cum oleo ſuccini rectificato, & ſecundum artem pellantur per retortam, oleum ſuccini ſecum rapiet ſubtiliſſimam ſulphuris antimonii portionem, & ſimul deſcribent balſamum ſulphuris antimonii ſuccinatum volatile, quod licet in principio terreum ſpiret odorem, fætor tamen ejus ſucceſſu temporis perit, & uſubus internis accommodari poteſt.

ARTICULUS I.

De Tincturæ, balſami, & magiſterii, ſeu lactis ſulphuris, & de tincturæ diaſulphuris præparatione. vide Capito primo, Articulo vigeſimo-octavo: & de balſami ſulphuris antimonialis præparatione, Capito tertio, Articulo decimo-ſexto.

ARTICULUS II.
Flores ſulphuris.

℞. *Sulphuris vulgaris* ℔i. *Flores ſulphuris.*

Redigantur in pulverem groſſum. hic pulvis per ſe, ſine ulla additione, ſublimetur ex cucurbitâ terreâ, in ignem apertum artificioſè repoſitâ, applicato capillo vitreo; & modico igne flores, ſub forma fumi, adſcendunt in capitellum: unde digitis inter ſublimandum ſæpius removeri debent, ne nimis indurentur: dandaque eſt opera, ne ignis ſit nimius, ne à violentia ignis facillimè fluant, tuncque inutiles fiunt. quando capitellum removetur, licebit cucurbitam latere, ſive tegulâ, claudere, ne vi aëris ſulphur accendatur. quod ſi fiat, cineribus injectis, incendium ſulphuris extinguere oportebit.

Vires. Calefaciunt, & ſiccant: ſunt diaphoretici, & ſudorifici; unò & alexipharmaci: medentur vulneribus internis pulmonum, renum, aliisque. dantur ſub forma pulveris, vel admiſcentur linctibus, & ſyrupis. *Vires.*

Doſis. Eſt ℈i. ad ʒß. *Doſis.*

ARTI-

ARTICULUS III.
Oleum Sulphuris per Campanam.

Oleum sulphuris per campanam.

℞. *Sulphuris communis q. p.*
Indatur ollæ terreæ vitreæ, lato orificio præditæ. liquefiat ſuper pruna tamdiu, donec ſponte incendatur. dein ſuper argillam, ad altitudinem ſex digitorum fabricatam, ponatur. campana poſtea ſuper parvos lapides poſita, ita ut aëris ingreſſus inferius pateat liber, ei ſuperponatur. ſignum bene procedentis operationis eſt, ubi campana à fumo ſulphuris non turbatur, ſed perſpicua manet. ſulphur deflagrans aliquoties bacillo moveatur, ne in ſuperficie cruſtam acquirat, quæ flammam ſuffocaret. ſulphuri deficienti, recens ſulphur liquefactum infundatur. nam quò magis lata ſuperficies eſt, eò melius operatio procedit. oleum effluens in vitro altiori deponatur, ut fæces deponat, & è turbido fiat clarum. dein ad uſum effundatur.

Vires.

Vires. Eaſdem fere cum oleo vitrioli poſſidet, niſi quòd non tam adſtringens ſit, & gratius etiam guſtui. inſuper pulmonis, & thoracis affectibus convenit, & febribus ardentibus, & contagioſis; à ſalinis acribus, & peſtilentioribus, vaporibus corpus conſervat; putrefactionem arcet; vermes necat.

Doſis.

Doſis. à gutt. ij. ad vi. in vino, vel alio quovis convenienti vehiculo.

Nota primo.

Nota primo. Pro differentia campanarum differens oleum elicitur. ſic è campana altiori, majori, & latiori, valde parva, ſed ponderoſiſſima quantitas olei elicitur. at vero ex ℔i. ſulphuris vix ℥i. elicitur olei acerrimi. ſic etiam, campanis diverſis, ſibi invicem ſuppoſitis, diverſæ aciditatis olea præbent: ſcil. in primâ, & infimâ ponderoſius, & acidius oleum obtinetur: in ſecunda levius, & dilutius acidum. ſub nomine *ſpiritus ſulphuris* colligitur, & ſic in ſequentibus ſemper debilius acidum provenit. in ſummitate verò hæret pulviſculus leviſſimus, qui læſionem continui à flamma nondum paſſus eſt, ſed, liberè motu illo in altum elevatus, priſtinæ ſuæ formæ redit, ubi motus vehementiſſimus deſinit, & dicitur *flos ſulphuris.*

Nota ſecundò.

Nota ſecundo. Pro ſulphure vario adhibito, varia etiam quantitas,

titas, & qualitas olei ſulphuris emanat. in genere verò tria dantur ſulphuris genera.

Primum eſt ſulphur vivum, quod eſt propriè minera ſulphuris, & maximam olei partem præbet, ob vitriolicas, & aluminoſas acidas particulas, inibi in ſatis magna copia inhærentes, quæ aliàs in depuratione, & fuſione, partim avolant, partim ſub nomine fœcum ſegregantur.

Secundùm genus ſulphuris eſt ſulphur fuſum, & in panes coactum, quod *Suecicum* dicitur, unde etiam adfertur, quod etiam ſatis largam olei quantitatem præbet.

Tertium genus eſt ſulphur depuratum, & in Magdaleones redactum. quod ſulphuris genus plus, vel minus, olei præbet, prout intenſè vel flaveſcit, vel vireſcit. viride ſemper plus olei præbet.

ARTICULUS IV.

Spiritus Sulphuris per deſtillationem.

℞. *Retortam tubulatam terream, ant ſaltem perforatam.* Si foramen, aut tubulus fuerit à parte poſteriori, eò melius, injiciatur per vices, ſive cochlearia, pulvis ex *ſulphuris, & nitri p. æq.* factus. ſic vapores incenſi cum impetu feruntur in recipiens vitreum, quod ampliſſimum eſſe debet, continens aliquod aquæ puræ, & cujus junctura cum collo retortæ ſit tantùm leviter obturata. Conſumpto cochleari uno, ingeratur alterum, idque continuetur, quamdiu libitum fuerit. ſic accipietur, una cum quibuſdam floribus, ſpiritus acidus penetrantiſſimus, ſpiritui campanario haud abſimilibus, ſine dubio tamen aliquid acidi nitri in ſe continens, quod vapores rubicundi demonſtrant. poteſt dici *ſpiritus ſulphuris compoſitus.* Si ſolùm ſulphur, absque nitro ingeratur, infœliciter ſuccedit operatio, quia ſulphur non accenditur, atque ideò nullum ſpiritum acidum, ſed flores ſuppeditat, etiamſi levitèr tantum juncturæ ſint clauſæ. *Spiritus ſulphuris per deſtill.*

Vires. eaſdem habet cum ſpiritu ſulphuris, nempe refrigerandi, ſiccandi, putredinem arcendi, urinam, & ſudores movendi. *Vires.*

Doſis. aliquot guttæ in aquâ appropriatâ, aut vino. *Doſis.*

ARTICULUS V,

Balſamus ſulphuris compoſitus anti-peſtilentialis.

Balſamus ſulphuris compoſitus.

℞. *Florum ſulphuris* ℔i.
Myrrhæ ℥iij.
Aloës ſocotrinæ ℥ij.
Croci optimi ℥iß.
Camphor. ʒiv.

Redigantur in pulverem tenuem: iiſque affundatur *oleum terebinthinæ æthereum*, ſeu *lucidum* ad eminentiam trium, quatuorve digitorum transverſorum. digerantur ſimul, ut artis eſt, & obtinebis balſamum ſulphuris compoſitum.

Vires.

Vires. Hic balſamus in peſte, morbisque malignis magnarum eſt virium. Quod ſi vulnerarium reddere animus eſt, adde prædictis ſpeciebus, in digeſtione rad. conſolidæ, flor. hyperici, chelidonii, centaurii, & ſimilia.

CAP. XI.

De Tartari præparatione.

ARTICULUS I.

Sal tartari.

Sal tartari.

℞. *Tartari albi integri* ℔i.

Involvatur chartâ bibulâ, quæ ligetur filo immutatur tum charta cum tartaro in aquam puram, iterumque remota imponatur igni carbonum bene accenſo, ita ut charta ab omni parte carbonibus, vel ceſpitibus ignitis, bene tegatur. relinquatur ſic tartarus per ſesqui horam. tum removeatur iterùm ex igne, & reperies tartarum confluxiſſe in unam maſſam albiſſimam, ſi calcinatio ritè peracta eſt. ſi verò maſſa adhuc nigra eſt, relinquatur illa, donec alba facta fuerit. & peracta erit operatio. hæc maſſa ſi ſolvatur aquâ purâ, digeraturque per noctem, poſtea filtretur per chartam, & colatura evaporetur in olla ferrea ad ſiccitatem uſque, acquiretur *ſal tartari* dictum.

Alio

Alio modo.

℞. *Nitri crudi* ℥iv.
Tartari crudi ℥viij.

Miſce, & in pulverem redige. indantur crucibulo candenti, ut deflagrent. deinde tege crucibulum operculo ſuo, & optimè candeat per horam unam. tum exime crucibulum, & habebis *ſal candidiſsimum.* quod, ut à fæcibus ſeparetur, in aqua pura eſt diſſolvendum, & filtrandum: deinde ad ſiccitatem evaporandum, ingeraturque adhuc tepidum in vitrum anguſti orificii, quod ſubere accuratè claudatur. ſic ſervatur in forma ſicca, nec fluet per deliquium.

Vires. Eſt optimum diureticum, lithonthripticum: tincturis, ſive extractis purgantibus admiſceri ſolet, ut vim eorum catharticam promoveat: tincturas metallorum, mineralium, & vegetabilium, optimè extrahit, & animalium etiam, & eas tincturas reſerat: inſervit etiam metallis, & mineralibus fundendis. ideò magni uſus eſt in chymia. *Vires.*

Doſis à gr. iij. ad xij. *Doſis.*

ARTICULUS II.

Oleum tartari per deliquium.

Oleum tartari per deliquium.

℞. *Tartari ad albedinem calcinati q.ſ.*

Repone ſuper orbe vitreo, aut terreâ vitriatâ, in locum frigidum humidum, qualis per æſtatem eſt cella. ibique relinque per aliquot dies, donec ſponte ſua, absque additione aquæ, reſolvatur in liquorem. qui filtretur per chartam, & ſervetur uſui. hic enim vocatur *oleum tartari per deliquium*, ſive deliqueſcentian. ſed nihil aliud eſt, quam ſal tartari reſolutum.

Vires. potenter attenuat, & incidit. omnia fermenta acida deprimit: alvum laxat: fermentum ſtomachi nimis acidum corrigit. *Vires.*

Doſis à gutt. vj. ad ʒ.ß. *Doſis.*

ARTICULUS III.

Spiritus & oleum tartari per deſtillationem.

Spiritus & oleum tartari per deſtillationem.

℞. *Tartari albi crudi minutisſimè pulv.* ℔iv.

Repleatur eo retorta terreâ tubulata ultra dimidium. fiatque ejus deſtil-

destillatio igne aperto primi, & secundi gradus, applicato recipiente vitreo capacissimo, cujus junctura cum collo retortæ accuratè claudatur, ne subtilissimus spiritus exhalet. elapsis aliquot horis, cum recipiens fuerit limpidum, & vapores albi in liquorem concreverunt, aperiatur tum operculum, sive tubulus: iterumque injiciatur ℔iv. *tartari pulverisati:* fiatque iterum destillatio sicut antea: ita tamen ut tubulus semper accuratè claudatur, ne quidquam exhalet, aut etiam tartarus incendatur. potest hoc modo continuari destillatio tartari, donec tota retorta capite mortuo sit repleta. finita destillatione, auferto recipiens, & spiritum, atque oleum, à se invicem separa, filtrando per Chartam. sic spiritus transcolabitur, quem cohoba super particulis capitis martui, ita ut tantum tertia, vel quarta pars, abstrahatur. sic prodibit spiritus subtilissimus, qui cum quovis acido facilè effervescit, indicatque nihil aliud esse, quàm *sal volatile tartari.* oleum tartari, quod in filtro remansit, servetur usui externo. alii etiam miscent cum cineribus cribratis, & adhuc semel destillant, ex retorta vitrea, in arena, sic solet limpidum evadere, sed in parva copia.

Vires. *Vires.* Et spiritus, & oleum tartari mirè laudantur à medicis, in obstructionibus reserandis, quorum quasi panacea quædam esse perhibetur. sed præstat his tartareis medicamentis substituere aliquod sal volatile cornu cervi, aut sal. ammoniaci; quæ facilius, & minoribus cum sumptibus, & efficaciora parari possunt. plerumque enim chymici, in destillando, meliorem partem spiritus tartari perdunt, & postea ignaris, pro spiritu, phlegma obtrudunt, quod inefficax, & inutile esse, experientia constat.

Dosis. *Dosis.* Utriusque solet esse ad aliquot guttas.

ARTICULUS IV.

Sal tartari fixum.

Sal tartari fixum. ℞. *Capitis mortui in destill. tartari relicti. q. v.*

Coquantur in olla ferrea cum aqua calida. tum reponatur per horas XXIV. ut sal bene extrahitur. decantetur tum aqua à cineribus filtretur per chartam, evaporetur in olla ferrea munda ad siccitatem. quod relinquitur, reverberetur in crucibulo per horam unam. tum reponatur, ut solvatur per deliquium. filtretur tum per chartam:

tam: & in vitro evaporatorio evaporetur ad ſiccitatem uſque. quod relinquitur ſuper tegulâ vitriatâ, aut orbe terreo vitriato, reverberetur paululum, ut in totum exiccetur. ſic relinquitur *ſal tartari albiſſimum*, qui ſtatim ingeratur in vitrum anguſtioris orificii. quod accuratè claudatur, ne aër ambiens ingrediatur, & per deliquium ſolvatur.

Vires. Potenter reſolvit, attenuat; humores fundat: acidum omnino deſtruit: alvum laxat: multiſque uſibus chymicis inſervit, & medicis. *Vires.*

Doſis. Intra corpus ad ℈ʃ. *Doſis.*

Articulus V.

Sal volatile tartari.

℞. *Tartari crudi albi,* *Sal volatile tartari.*
Antimon. crud.
Nitri aa. ℔i.
Calcis vivæ ℔iʃ.

Terantur omnia ſeorſim, cribrentur, & miſceantur. hujus maſſæ fiat deſtillatio ex retortâ terreâ tubulata, in igne aperto, applicato recipiente ſatis amplo, materiam per cochlearia ingerendo, & tandem reperietur in recipiente liquor aureus: qui per cucurbitam rectificatus abit in ſal volatile.

Vires. Spiritus tartari eſt unum ex arcanis chymicorum, in quo acquirendo hodieque multum ſumptûum, & laboris, ponunt chymici. extantque tot ſpecies diverſæ ſalis volatilis tartari, quot ferè ſunt chymici. in genere autem dicitur ſal volatile tartari helmontio ſupplere vices alcaheſt. & radicaliter ſolvere ſimplicia pro eſſentiis extrahendis, & penetrare in remotiſſimas corporis partes. plerique autem ex ſale tartari ſummè calcinato elicere cupiunt. *Vires.*

Doſis. Eſt aliquot grana. *Doſis.*

Articulus VI.

Spiritus tartari, & urinæ volatilis.

Spiritus tartari, & urinæ volatilis.

℞. *Tartar. rhenan. crudi puriſſimi* ℔iv.
Urinæ recentis ℔xvj.

Tartarus teratur in alcohol, ac in patina terrea plani fundi calcinetur in cineres. cui affunde urinam. ſepæliantur in fimo equino, in vaſe optime clauſo (luto ſcilicet, vel ſimilibus) per menſes tres. ita enim ſal volatile urinæ ſeſe jungit, per putræfactionem, cum ſpiritu igneo tartari. hiſce peractis, committantur cucurbitæ vitreæ, & leniſſimo igne, ſpiritum igneum auferto, quem ſeorſim ſerva. poſtmodum continuato deſtillationem ad ſiccitatem capitis mortui. phlegma de novo capiti mortuo addatur, & digerantur ſimul per XXIV. horas. ita enim in ſe combibet phlegma ſal capiti mortuo relictum: filtra phlegma, & eocum miſce ſpiritum primitus deſtillatum. ita enim ſpiritus volatilis, per repititas deſtillationes, ſecum vehit portionem ſalis ex capite mortuo educti.

Vires. *Vires* Hujus ſpiritus ſunt eximiæ in obſtructionibus reſerandis, ut præcipue ſpecificè exhibetur in hydrope, in menſibus obſtructis, in epilepſia, morbis ſomnolentis, in omnibus ſpeciebus arthriditis.

Doſis. *Doſis.* à gutt. IV. ad X. in convenienti vehiculo.

ARTICULUS VII.
Spiritus tartari hydragogus.

Spiritus tartari hydragogus.

℞. *Fæcum vini rhenan.* ℔iij.
Tartari leviter calcinati ℔j.

Miſceantur inter ſe, & committantur retortæ vitreæ. inſtituaturque deſtillatio ſucceſſivis ignis gradibus. ita enim, primo loco, obtinebis ſpiritum albicantem. quem, ubi ſequuntur guttæ rubicundæ olei ſequentis, aufer, aliudque vas recipiens applicato, &, quantum ignis valeat, operationem tuam proſequitor. ita enim obtinebis oleum rubicundum ſaporis ignei, & penetrantiſſimi.

Vires. *Vires.* Potenter expellit aquas hydropicorum. in aq. petroſelini, vel in ſpiritu juniperi exhibitum. inſuper reſerat fœliciter obſtructiones meſenterii, lienis, & menſium, ſi in vehiculo, juſtâ doſi, exhibeatur.

Doſis. *Doſis.* à gutt. V. ad X. in convenienti vehiculo.

Articulus VIII.
Cremor, & Chryſtalli tartari.

℞. *Tartari vini albiſſimi* ℥iv. *Cremor & chryſtalli tartari.*

Abluatur toties aquâ purâ, donec aqua tandem permaneat limpida, dum ſit ad manum olla terrea vitriata, & munda, quæ capiat præter propter *Aquæ* ℔iij. imponantur ſimul accenſis carbonibis, & relinquantur, donec aqua ferveat. tum injiciatur tartarus antea lotus, omnis ſimul, integer, & ſine contritione, relinquaturque ibi per dimidium circiter horæ, donec omnis ab aqua ſolutus ſit; quod cognoſci poteſt, ſi cochleari ligneo exploretur. quo facto, removeatur olla ab igne, coleturque aqua fervida per pannum denſum. Sic aqua pura ſecum vehens tartarum ſolutum tranſibit per pannum; quæ poſtea refrigerata in ſuperficie habebit cuticulam. in fundo verò, & ad latera, deponet chryſtallos tartari. cuticulam vocant cremorem tartari, quem hoc modo colligunt. accipiunt, ſcilicet, tartarum refrigeratum: ſeparant ab aqua: affundunt novam aquam; coquunturque, ut antea: bullienti aquæ injiciunt albumen ovi conquaſſatum: poſt parvam coctionem albumen coagulatum detrahunt cochleari perforato ligneo: tum tartarum coctum iterum colant per pannum. colaturam ſtatim imponunt igni, & dum bullit aqua in ſuperficie, emergentem cuticulam detrahunt cochleari perforato ligneo: & ſtatim nova emergit cuticula, quam iterum detrahunt. ſic pergunt continuò, donec tota aqua ſit conſumpta, totuſque tartarus abierit in cuticulam quem tartarum poſtea exiccant ad ſolem in pulverem ſubtiliſſimum, vocantque *cremorem tartari.* notandum verò eſt, albumen ovi conquaſſatum poſſe ſtatim indi primæ coctioni. & deinde, ſi quis velit chryſtallos habere majores, oportere tartarum decoctum colari in vas ligneum; ſic enim emergent *chryſtalli.* alii decocto tartari, addunt aliquid aluminis, aut nitri, ut chryſtallos accipiant majores: ſed hæ chryſtalli ſunt adulterinæ.

Vires. Cremor, & chryſtalli eaſdem habent vires. niſi quod cremor paulò ſubtilior eſt. utrumque attenuat, & incidit: alvum blandè ſubducit: fermentum ventriculo reſtituit: aliorum purgantium vires facilè recipit, imo & eaſdem auget; & interdum reprimit, præcipuè in ſcammoniatis. *Vires.*

Doſis. Eſt à ℈ij. ad ʒj. *Doſis.*

Arti-

ARTICULUS IX.

Tartarus vitriolatus.

Tartarus vitriolatus.

℞. *Ol. tartari per deliquium, seu*
Sal tartari in aq. comm. resolut. q v.
Ol. vitrioli rectificati q. s.

Oleo tartari per deliquium successivè stillatim affunde oleum vitrioli, quousque effervescentiam sedatam observaveris. quo in casu acidum vitrioli, & alcali tartari, connubium ineunt, & salem intermedium componunt. Hoc leni igne ad siccitatem evapora salis candidissimi acido-salini, & præparatus erit *tartarus vitriolatus.*

Vires. *Vires.* Digestivum est nobile ad obstructiones pertinaces resolvendas, præcipuè mensium, mesenterii, lienis, & similium. urinam, & menses movet: stomachicum est, &, simuli loco, purgantibus permiscetur. potenter attenuat, incidit, resolvit crassos, & viscosos humores.

Dosis. *Dosis.* Ejus à gr. vj. ad xv. & ℈j.

ARTICULUS X.

Tartarus emeticus.

Tartarus emeticus.

℞. *Vitri antimonii minutissimè pulv.* ℥j.
Nitri crudi pariter pulv. ʒij.

Misce, & in crucibulo, super carbonibus ignito, fac, detonent. materiæ relictæ pulverizatæ adde

Salis tartari purissimi ℥j.
Aquæ puræ ℥ix.

Misce, & in vase ferreo coque ad totalem consumptionem aquæ. massam relictam pulveriza, & cum aqua fervente extrahe. filtra per chartam. quod in charta relinquitur, est vitrum antimonii, quod sicca, & serva. colaturam verò evapora in vitro ad totalem siccitatem. tum relictam massam super latere albo fortiter sicca, & in vitro clauso pulverem ejus serva usui. hic enim est *tartatus emeticus* dictus.

Vires. *Vires.* Purgat per superiora, & inferiora, præcipuè humores biliosos.

Dosis. *Dosis.* à gr. iij. ad vj.

ARTICULUS XI.

Balſamum ſamech paracelſi,

℞. *Sal. tartari optimè purificati* ℔i. *Balſamum ſameſch paracelſi.*
Huncque ſalem cum ſ. q. aquæ pluviæ redigito in lixivium forte. recipe itidem.

Chryſtallor. ſeu crem. tartari ℔j.

Diſſolvatur in aqua pluvia coquendo. ſolutione peractâ, confundantur ſimul hæ duæ ſolutiones guttatim, quouſque omnem effervescentiam ſedatam obſervabis, tunc ſubitò filtrato, quod filtrari poteſt, & in ſalis formam evaporato; & ita paratum erit *balſamum ſamech paracelſi.* quod ſequenti modo ad majorem maturitatem redigito.

℞. *Hujus ſalis tartari inverſi q. v.*

Ipſi affunde *alcohol vini* ad eminentiam digitórum tranſverſorum iij. ſtent in digeſtione, quouſque ſpiritus vini ſummam contraxerit rubedinem. ſpiritum vini decanta: novum affunde, & procede, ut prius: illudque continua, quousque tincturæ ſatis obtinuiſti. illas verò confundito: & ad medietatem, per deſtillationem, evaporato.

Vires. Eſt medicamentum potenter per diuræſin educens tartarum ſanguinis, & efficaciter à renibus arenas, & calculos expellens. *Vires.*

Doſis. Salis à ℈ ſ. ad ℈i. in liquore convenienti diuretica. *Doſis.*
Doſis Tincturæ à ℈i. ad ʒ ſ.

CAP. XII.

De oleis, aquis, & ſpiritibus ardentibus ex vegetabilium regno extrahendis.

Notæ generales.

NOta primò. Oleorum quædam ex vegetabilium regno educta, mediante pluviâ, vel in ejus ſuperficie natitare, vel ad fundum deprimi ſolent; imo quædam licet craſſiora, & ſpiſſiora ſint, & per expreſſionem ſimplicem parata, ſe ad fundum deprimi non patiuntur; cum tenuiora, & ſubtiliora ſtillatitia quædam ſubſideant, *Nota primò.*

quod cum prima fronte videatur absurdum, & contradictorum. hic tamen nodus facilè solvī poterit, si oleorum exactum instituatur examen. ità enim deprehendet Chemicus, quædam olea, maximâ ex parte, constare ex particulis hamosis, & ramosis, paucissimis interjectis particulis rigidis, teretibus, acutis angulis constantibus, id est, salinis, ac proindè ratione suorum hamorum, & ramorum lateralium, latè undiquaque expansorum magnam (pro ratione suæ molis) occupare superficiei aquæ partem, quam cum deprimere nequeunt, in superficie hærere coguntur: olea verò stillatitia cinamomi, cariophyllorum, licet subtiliora, tènuiora, & magis volatilia sint multis aliis per expressionem elaboratis, ut olea amygdalarum, nucum, Baccarum beën &c. tamen in superficie, ut prædicta olea hærere nequeunt, sed ad fundum deprimuntur. quod ità fieri debere facilê intelliget chemicus, si attendat ad quantitatem salis, quam olea stillatitia in sinu suo abscondunt; illam satis esse magnam, arguit illorum infesta acredo linguam, cutemque erodens, & caustico ardore inficiens, cum reliqua olea demulceant potius linguam, & cutem erosam, significentque, illa potissimum constare particulis flexibilibus, hamosis, ramosis, blando motu inter se repentibus, paucissimis vero rigidis acutis teretibus impetum in partes solidas facientibus. Notandum insuper horum oleorum ramos, & hamos laterales tàm latè non esse expansos, quam reliquorum oleorum hami & rami, hinc dum exiguam (ratione suæ molis) occupant superficiëi aquæ partem, hanc facile gravitate suâ superant, fundumque petunt.

Nota secundo. *Nota secundo.* In oleorum per destillationem eductione solet præmittere Chemici macerationes cum sale communi, & tartaro, ut mediantibus hisce salibus resolvatur quodammodò textura vegetabilium, partesque hamosæ, & ramosæ, terreis suis partibus extricentur, quò commodius mediante pluviâ per alembicum evehi queant. evitatur autem in plerisque totalis fermentato, quippè per motum istum intestinum particularum minimarum quaquaversùm in omnes partes, rami, & hami laterales particularum oleosarum multùm inciduntur, attenuantur, abraduntur, undè sub formâ olei apparere nequeunt, sed describunt spiritus ardentes ex oleis attenuatis incisis, & sale volatili constantes. Hujus indicia dant succi sale, & oleo turgentes, qui, dum fermentationem semel

mel suscepêre, per destillationem tradunt multùm spiritus ardentis, pauxillum verò, vel nihil olei, quod in musto fermentato cuivis clarum est: mel itidèm, uti & saccharum, quæ licet oleosa sint, & satis crassa, postquàm fermentationem sustinuêre, in spiritus ardentes convertuntur, pauxillum verò per destillationem tradunt olei conspicui, idem confirmant spiritus ardentes ex frumentis per fermentationem elaborati, quæ licet oleo abscondanr in interioribus suis satis crassa, fermentata verò, fundunt pauxillùm olei, multùm verò spirituum ardentium.

Nota tertio. Olea expressa si coquantur cum salibus alcalicis cinerum clavellatorum elixiviatorum, crassis suis, & latè expansis hamis, & ramis, facilè irretiunt, & amplexubus suis comphrehendunt prædictos sales, & iiscum concrescunt in massam, quam saponem artifices vocare solent: eodem jure Chemicus, sibi saponum (digerendo, & coquendo secundum artem oleum therebintinæ lucidum cum sale tartari) comparabit medicinalem, egregii usus in dolore nephritico difficultate, & obstructione urinarum. poros enim renum ratione alcali aperit, vias autem ratione olei lenit, & ad saburram transmittendam flexiles, & lubricas reddit. *Nota tertiò.*

Nota quarto. Olea per infusionem parata si artificio se jungantur cum gummi multo oleo, & sale volatili fœtis, describunt balsama vulneraria, detergentia, consolidantia, tùm ad internos, quàm externos affectus appropriata. ità oleum Hyperici in balneo mariæ quâdam dexteritate junctum cum aloë, myrrhâ, mastiche, sarcocollâ, Benzoin, Styrace &c. describit balsamum egregium ad apostemata interna mundificanda, consolidanda, uti & ad hæmorhoides internas exulceratas persanandas, nec inferiores obtinet inter balsama vulneraria, quippè consolidans magnum est, fibras musculorum abscissas conglutinans. Olea stillatitia facilê in balsami fragrantis formam rediget artista, si hæc exceperit, oleo nucis moscatæ expresso odore, sapore; & colore suo spoliato per alcohol vini, tingetque coloribus suis nativis, cum magisteriis propriis, per lixivos sales, & solutiones aluminis elaboratis. *Nota quartò.*

ARTICULUS I.
De oleis destillatis.

Olea destillata.

℞. *Vegetabilis cujusvis* (hoc tamen conditione, ut salinæ, & sulphureæ sit naturæ) *q. p.*

His affunde magnam aquæ vulgaris quantitatem. quibus adde manipulum unum, vel alterum *salis decrepitati*, & *tartari rhenani*. macerentur per XXIV. horas. fiatque destillatio per vas serpentinum, ut artis est: ita enim superficiei aquæ supernatabit, vel subnatabit, oleum desideratum. quod per chartam emporeticam madefactam, vel per vasa seperatoria, ab aqua sua separandum. hæc est methodus generalis.

Nota primò. *Nota primo.* Quod in subjectis durioris compagis, & firmioris connexionis, maceratio ulterius extendi debeat, ut in oleo ligni rhodii, cinnamoni, similibusve aliis.

Nota secundò. *Nota secundo.* Omnia recenter destillata olea fœtorem empyreumaticum obtinent, qui temporis tractu in gratum, & benignum immutatur, si in loco calido imponentur: ita enim ex turbidis clara fiunt. idem esto judicium de spiritibus, & aquis recenter destillatis.

Nota tertiò. *Nota tertio.* Rectificatio oleorum, vel per se fit, vel addita s. q. aquæ propriæ, vel talibus spiritibus, & salibus, quæ ipsorum ingratum saporem, vel odorem emendant, vel tollere possunt. rectificantur itidem olea, quæ temporis tractu rancida facta fuerunt, & quæ, ad instar glutinis, viscosa, fluidiora, & ingratiora evadunt, idque tum colore, odore, & sapore, ut ol. lign. rhodii, juniperi, absynthii, nempe cum spiritu salis communis glawberi more præparato, & hoc modo plerumque hæc rectificatio fit.

ARTICULUS II.
Oleum ceræ, & omnium pinguedinum in genere.

Oleum ceræ.

℞. *Ceræ flavæ* ℔i.

Scindatur in minuta frustra. dein injiciatur retortæ, & superfundatur arenæ siccæ q. s. ad supereminentiam dig. I. repone ad destillandum

landum in arena. ſic primò prodit phlegma aquoſum. ſecundò, oleum ſubtilius fluidum. tertio, oleum craſſum butyroſum. ſingula olea ſeorſim excipi queunt, ſi libitum fuerit. omnis fere cera in oleum transit, ita ut circiter ℥j. vel ℥ß. de libra una in fæcibus reſtet. oleum tenue tantum interno uſui inſervit. mediante rectificatione oleum hoc craſſum ceræ, &c. in ſubtilius, & magis fluidum reduci poteſt.

Vires. Oleum ceræ cicatrizans eſt ſummum: citiſſime ulcera carne replet. internè colicos dolores ſedat: flatus diſcutit. *Vires.*

Doſis. à gutt. 1. ad viij. *Doſis.*

Nota bene. Eodem modo omnes pinguedines, & ſeba duriora, deſtillari queunt, & eadem fere quantitas ex omnibus obtinetur, niſi quod unum fluidius ſit altero. *Nota bene.*

Articulus III.

Oleum pinguedinis humanæ.

℞. *Pinguedinis humanæ à menbranis ſeparatæ q. p.* *Oleum pinguedinis humanæ.*

Liquefacito, ita ut bene fluat. eique miſceto tantum cinerum cribratorum, ut globuli inde formari queant. hos globulos committito retortæ vitreæ, &, ex arena, oleum, inſtar ſpiritus, tenue propellito. quod ſi tenuius, & penetrantius deſiderabis.

℞. *Alcohol vini.*

Hujus olei aa. p. æq.

Stent in digeſtione tepida; quò longius, eò melius. ita oleum per alcohol vini attenuatur, & mentitur ipſum ſpiritum. alcohol poſtmodum, leniſſimo igne, ab oleo auferto, & obtinebis oleum in fundo vaſis tam tenue, ut inſtar ſpiritus volatilis, poros noſtri corporis permeare valeat.

Hoc per ſe illitum ratione ſuorum ſalium acerrimorum, cutem arrodere ſolet, ac proinde commodè miſcetur, cum axungia porcinâ, urſinâ, & cerâ: vel cum medullâ boum, equorum, & ſimilium animalium; eâ quantitate, ut linimentum referat.

ARTICULUS IV.
De oleis per infusionem, & decoctionem.

℞. *Olei olivar. q. s.*
Infunde ei herbas recentes, demptis caulibus. stent in maceratione per dies aliquot. dein coquantur in balneo mariæ per horam unam, & exprimantur, & denuò recentes herbæ oleo infundantur: denuò coquantur, & exprimantur, hanc operationem adhuc semel repetendo. ultimò, post colaturam, adde oleo cocto oleum illius herbæ stillatitium in sufficienti quantitate v. gr. ad ℔j. olei cocti, ʒj. vel alteram olei stillatitii, & erit oleum efficacissimum. hæc est methodus generalis.

ARTICULUS V.
Oleum otalgicum.

Oleum otalgicum

℞. *Ol. amygdal. amar.*
papav. alb. aa. ʒij.
Ol. rorismarin. destillat gutt. x.
caphuræ ℈ß. *misce.*

Vires

Vires. Surditati, & quibuscumque aurium affectibus convenit.

ARTICULUS VI.
Oleum sarcaticum magistrale.

Oleum sarcaticum magistrale.

℞. *Ol. lini* ℥ij.
ceræ stillat. ℥ß. in iis insolvetur
Flor. hyperici q. s.
Aloës ʒi.
Caphuræ ℈i. *m. f. oleum.*

Vires.

Vires. Citissimè consolidat vulnera recentia.

ARTICULUS VII.
Methodus destillandi aquas simplices ex herbis.

Aquæ simplices destillatæ.

℞. *Herbæ cujuscumque calidæ dictæ, vel odoriferæ q. v.*

Salis

Salis alcali m i. *vel* ij.
Aq. communis q. s.

Herbis superfunde aq. comm. q. s. ad bene humectandum. adde postea sal alcali. reponantur in maceratione, donec fermentationem suscipiant: quod apparet, ubi bullæ in supremitate apparent. postea destillationi committantur, tamdiu continuendo, donec odore, & sapore, plane expers sit aqua.

Nota primo. Aquæ omnes in genere primum destillatæ fætent. temporis vero tractu, ubi ad majorem quietis statum redactæ sunt particulæ, genuino odore præditæ existunt. quod fit spatio trium, vel quatuor septimanarum. *Nota primò.*

Nota secundo. Olea si supernatent, auferenda sunt, quoniam, temporis tractu, in mucilaginosam reducuntur substantiam, & aquas defædant. *Nota secundò.*

Nota tertio. Sunt, qui aquas hasce super parvam quantitatem recentium simplicium rectificant, & postea sale proprio imbuunt, unde aquæ valde diuturnæ, & longævæ fiunt, quod in secretis maxime habetur. verum dantur plurimæ herbæ, & flores, quæ vel nullum, vel exiguum valde, sal præbent, in cujus defectu, sal aliud alcali substitui potest. istiusmodi sunt omnes herbæ fere cephalicæ, excepto roremarino, & herbis frigidis. sal alcali durationem promovent, quia debilitat acidum in liquore existens, unde situs, & putrefactio induceretur. *Nota tertiò.*

ARTICULUS VIII.

Modus aquarum stillatitiarum præparandi ex tempore.

℞. *Olei cujuscumque still. ut ol. menth. &c.*
guttas aliquot.

Has infunde s. q. spir. vini optimè rectif. ut penitus in eo dissolvantur. & singulis hisce drachmis olei, & spiritûs, pinta integra aquæ communis addatur, & viribus illius simplicis imbuetur. *Aquæ stillatitiæ ex tempore.*

ARTICULUS IX.

Aqua composita destillata.

aqua composita destillata.

℞. *Chelidon. maj. m* x.

Flor.

Flor. raphan. rusticar. m. vj.
scraphular. m. iv.
taraxac.
violar. aa. m. iij.

Concisa omnia inde vesicæ cupreæ, & affusâ sufficienti quantitate aquæ puræ, per noctem digere. tum applicato refrigeratorio destilla, ut moris est. prodeuntem aquam in vitreo recipiente collige, donec ℔viij. vel x. bonæ, & odoratæ aquæ nactus fueris. tum desiste: nam quæ sequitur aqua minus valida est. priorem vero serva usui.

Vires. *Vires.* Temperata ferè est in primis qualitatibus. attenuat, resolvit: conducit in febribus, & obstructionibùs, imprimis si aucta fuerint vires ejus aliquo sale volatili, aut spiritu acido, aut alio quocumque additamento. inservit ergo solvendis electuariis, parandis potionibus, & mixturis, hauriendis spiritibus, aliisque pro vehiculo.

Dosis. *Dosis.* Ab ℥j. ad ℥ij.

ARTICULUS X.

Aqua benedicta Rulandi.

Aqua benedicta rulandi.

℞. *Croci metallor.* ℥iß.
Vini Hispan. albi, vel gall. ℥x.

Fiat infusio in vase vitreo bene clauso. post digestionem peractam filtra vinum. cui adde

Syrup. violar. cærulei ℥ij.
Ol. sulphur. per camp. gutt. xij.

Misce, & servatur usui.

Dosis. *Dosis* à ℥ij. ad ℥ß. vide superiùs cap. sec. artic. sec.

ARTICULUS XI.

Aqua vitæ aurea Rulandi.

Aqua vitæ aurea rulandi.

℞. *Pulpæ colocynth.* ʒv.
Rhei elect ʒij.
Gum. tragacanth. arabic.
Bdellii aa. ʒiß.

Cinna

Cinnamomi, ℈i.ß.
Sp. aceti, sive aceti destill. ℥xviij.
vini, ℥ix.

Digerantur simul, igne tepido, per noctes, & dies iij. exprimantur fortiter.

Dosis. à ʒij. ad ℥ß. vel ℥j. *Dosis.*

ARTICULUS XII.

Aqua calcis rulandi in ambustis.

℞. *Calcis vivæ* ʒx. *Aqua calcis rulandi in ambustis.*
Aq. comm. pint. v.

Dissolvatur in aqua ebullienti calx viva, & aliquamdiu coquantur simul in cacabo æneo. filtretur solutio, & in ea dissolvatur tantum *vitrioli*, ut cærulescat: in qua si dissolvere volueris, tantum *sacchari saturni*, ut solutio tua lactescat, habebis præstantissimum remedium.

Vires. Aquâ hac mira præstantur in menbris ambistis, gelu tactis: gangrænis; erysipelatibus: fistulis: scabie: ulceribus malignis, sæpius perdiem calidis linteis applicando. *Vires.*

ARTICULUS XIII.

Aqua regia.

℞. *Sal. gemmæ in pulv. redact.* ℥j. *Aqua regia.*
Sp. nitri ℥iv.

Misce, & ex retorta vitrea, in arena, destilla ad siccitatem usque. prodibitque spiritus acidus penetrantissimus, qui in vitro accuratè clauso servetur usui.

Usus. Præter id, quod peculiare menstruum est prò solvendo sale, inservit quoque solvendo antimonio. *Usus.*

ARTICULUS XIV.

Aqua odontalgica rulandi.

Aqua odontalgica rulandi

℞. *Rad. pyretri, tormentill.*

Sem. ſtaphidis agr. papav. albi,
plantaginis aa. ℥iij.
Cort. rad. hyoſcyam. ℥iß.
Opii tabaici ℥j.

Coquantur ſ. q. *aceti*, colentur, & hac colaturâ calidâ gargarizatur locus dolens.

Alio modo,

℞. *Piper. albi*
Rad. pyretri q. p.

His pulverizatis affunde *Aceti fortis*, & generoſi ad eminentiam trium digitorum transverſorum. digerantur ſimul in cineribus calidis, donec acetum valde acre evadat. coletur per linteum, & in hac colatura diſſolve.

Opii tabaici pro ratione quant. ℥j *vel* ℥iß.

Coletur de novo ſolutio, & calidè in ore contineatur ex regione partis dolentis, & hoc continuetur, donec dolor ceſſat, ſed nota, quod ſolutio exſpuenda ſit, & interius non admittenda.

ARTICULUS XV.
De ſpiritibus deſtillatis.

Spiritus deſtillati.

℞. *Vegetabilis cujusvis q. p.*

Contundatur, vel comminuatur, pro ratione ſubjecti. huic adde ſufficientem aquæ tepidæ quantitatem: quibus commiſce debitam fermenti, vel florum cereviſiæ quantitatem. ſtent in hypocauſto tepido. (ſpiritum vero ſi velis, fermentatio ut totalis præcedat, oportet, cujus beneficio partes oleoſæ attenuari, & volatizari queant) ita enim, ſucceſſu temporis, cruſta quædam in ſuperficie apparebit, quæ antequam ſubſideat, deſtillatio inſtituatur. ita enim, loco olei, obtinebis ſpiritum deſideratum; quem ſemel rectifica. & hæc eſt methodus generalis.

ARTICULUS XVI.
Spiritus cochleariæ compoſitus.

Spiritus cochleariæ compoſitus.

℞. *Cochleariæ rec. craſſo modo conciſæ* ℔ij.

Cort.

Cort. arantior. ſiccat. ℥iv.
Calam. aromatic. ℥j.

Miſce, & affuſis *ſpiritus vini vulg.* ℥LX. inſtituatur digeſtio in cucurbita vitrea, in arena, per diem, & noctem. tum applicato capitello inſtituatur deſtillatio, igne ſecundi gradûs, ad tertiæ partis remanentiam. ſic extrahetur *ſpiritus cochleariæ ſubtiliſſimus*, continens in ſe ſal volatile, & oleum cochleariæ, atque corticum arantiorum, quod etiam odor, & ſapor, manifeſtabunt. oportet verò non tantum affundere dictum ſpiritum vini, ſed & tertiam partem, ad mininum, aquæ communis, ne, ſcilicet, abſtracto ſpiritu, caput mortuum ſiccum evadat, & vel cucurbita rumpatur, vel etiam ſpiritus empyreuma contrahat.

Vires. Potenter attenuat, & incidit, volatilizat, acidum deſtruit, & educit, unde movet urinam, & ſudorem. conducitque ſcorbuto, epilepſiæ, apoplexiæ, aliiſque ſexentis morbis ab acido oriundis. *Vires.*

Doſis eſt ℥ß. ad ℥j. ſemel, vel aliquoties in die. *Doſis.*

Articulus XVII.

Spiritus ad omnes obſtructiones.

Spiritus ad omnes obſtruct.

℞. *Sal. tartari* ℔ij.
Tartari albiſſim ℔iß.
Sal. ammoniaci ℔ß.
Herb. lavend. meliſſ. rorismarin.
Flor. ſambuc. melilot. roſar. aa. mij.
Sem. cardamon. cubebar.
Gariophyllor. aa. ʒij.
Aq. communis q. ſ.

Miſce, & deſtillentur ad medias. ſpiritus uſui ſervetur.

Vires. In omnibus affectibus, ubi ſpiritus ſalis ammoniaci commendatur, perutilis eſt, & majori cum efficacia effectus ſuos prodit. *Vires.*

CAP. XIII.

De salibus ex vegetabilibus educendis.

Articulus I.

Sal lixivum plantarum, seu sal fixum,

Sal fixum plantarum.

℞. *Herbam siccam quamcumque.*

Imprimis tamen stipites v. gr. absynthii, fabarum, saponariæ, centaur. minor. fasciculos tres, quatuorve. incende per vices, sub camino, super area pura. rediganturque igne aperto in cineres. qui relinquantur, donec sponte extinguantur, agitando illas interdum forcipe, ut bene comburantur. cineres hos postea recipe, & in olla ferrea illis affunde aquæ pluvialis puræ, aut alterius optimæ q. s. digere super igne modico per horas XXIV. in fine fac, ut ebulliant. tum cola primum per linteum densum: dein per chartam. colaturam, quæ proprie lixivium dicitur, evapora in olla ferrea munda ad siccitaten usque, & relinquetur in fundo ollæ *sal lixivum*, sive *fixum* dictum, sed valde impurum. exime hoc sal, & in crucibulo ignito, super carbonibus accensis, fortiter reverbera, ut fluat etiam instar aquæ. tum effunde fluidum sal super tegulam. refrigeratum redige in pulverem, quem aquâ calidâ solve. digere per noctem: tum filtra per chartam. sic habebitur aqua purissima, quæ in vitro evaporatorio leniter evaporanda est, vel ad tertiæ partis, vel ad totalem consumptionem aquæ. si primum fiat, sal concrescit in chrystallos, sed cito perituras. si posterius, habebitur sal albissimum, quod super tegula pura, & accensis carbonibus, paululum reverberatum statim inseri vitro debet. quod subere clausum illud præservat ab aëre, ne per deliquium solvatur. & hoc est illud sal, quod propriè *alcali* dici debet, & vulgo dicitur *sal fixum*, & *lixivum*. sed quia rarò hæc salia reverberant, hinc plerumque multum acidi in se continent, unde minus rectè alcalium nomine censeri possunt.

Vires.

Vires. Salia lixiva omnia potenter attenuant, & incidunt: fundunt liquores quosvis acidi participes; movent urinam; reserant obstru-

obſtructiones : alvum laxant : ſudores cient : cutis poros aperiunt : anodyna ſunt.

Doſis. In ſubſtantia à ℈ß. ad ℈j. in aquis deſtillatis. *Doſis.*

ARTICULUS II.

Sal eſſentiale plantarum.

℞. *Plantæ cujusvis recentis* v. g. *rutæ hortenſis , abſynthii, card. bened.* magnam quantitatem. *Sal eſſentiale plantarum.*

Concide & contunde, illas minutiſſimè. repone tum in cellam per aliquot dies. tum per linteum craſſum manibus , aut ſub torculari, ſuccum exprime. alii plantam coquunt prius , & tum ſuccum exprimunt. hunc ſuccum , addito uno , vel altero albumine ovi conquaſſato , coque : deſpuma : filtra per manicam hippocratis : clarificatum evapora,ad minimum, ad quartæ partis conſumptionem. tum repone vas per aliquot dies in cellam. ſic concreſcunt chryſtalli quædam in liquore, ſal aliquod repræſentantes ; quod tamen purum non eſt. verum potius tartarus quidam ex ſale tum volatili , tum fixo , oleo , terrâ , & phlegmate conflatus. vulgus auctorum minus rectè , ad ſalia volatilia refert. eſt enim potius ſuccus integræ plantæ , vel particulæ magis activæ ejus , repræſentantes ex parte naturam totius plantæ , unde etiam ſaporem ejus , & odorem produnt.

Vires. Aperiunt , & reſolvunt , unde ventriculo , & primis viis , conducunt. *Vires.*

Doſis. ℈j. in aliquo liquore. *Doſis.*

CAP. XIV.

Modus generalis præparandi omnia balſama.

Notæ generales.

Nota primo. Triplicis generis balſama dantur. primò odorifera , ex oleis ſtillatiis , vel expreſſis , odoriferis , quæ excipiuntur corpore aliquo craſſiore unctuoſo. *Nota primò.*

Secundò : quæ fiunt ex gummatibus , & reſinis , quæ excipiuntur oleo aliquo expreſſo , & ad plenam diſſolutionem in balneo

mariæ coquuntur. dosis plerumque gummatum olei partem unam comprehendit.

Tertiò: balsama stillatitia, quæ post destillationem olei subtilis subsequuntur.

Quartò: balsamum fit sola contusione, nempe ubi balsama naturalia admiscenda sunt oleis expressis, & stillatiis.

Nota secundò.

Nota secundo. Balsama hæc tria requirunt: primò, ut optimè sint mixta, æqualia, & lævia. secundo: ut sint mollia, unctuosa instar linimentorum duriorum. tertiò: ut sint colore eodem prædita, quo subjectum, à quo balsmi nomen desumptum est.

ARTICULUS I.

Methodus componendi balsama odorifera.

Balsama odorifera.

℞. *Olei nucis moschatæ expres. q. p.*

Huic affunde alcohol vini ad eminentiam trium, quatuorve digitorum transversorum. stent in digestione, donec alcohol vini omnem odorem, saporem, & tincturam extraxerit. ita enim obtinebis basin ad recipienda quævis olea stillatitia, quæque successu temporis rancedinem, & situm non contrahit, ut facere solent axungiæ, & pinguedines animalium.

℞. *Hujus medii inspissationis q. p.*

Et fundito in cochleari argenteo super carbones ardentes, & ubi bene fusum fuerit, remove ab igne, & expecta, donec urgens fervor paululum cessaverit, tunc adde *olei stillatitii cujusvis* q. s. ad consistentiam balsami, quod si in longissimum tempus servare volueris, addito pauxillum salis alicujus vegetabilis fixi, ut salis absynthii, card. bened. scordii, & similium, quod oleum nucis moschatæ expressum præservabit ab omni rancedine.

Sed cum non tantum odoratu, sed & visui, satisfaciendum sit, utque balsama etiam hæc referant genuinum colorem sui vegetabilis, quod per peregrinas additiones ordinario solet effici, utpote per viride æris, per bolum, & similia, hoc sequenti methodo colore genuino sui vegetabilis perficito.

Balsamũ rutæ odorificum.

Exempli gratia in balsamo rutæ.

℞. *Rutæ q. p.*

Coquan-

Coquantur in lixivio forti (ex cineribus clavellatis, & sale tartari facto) donec lixivium colore viridi sit tinctum, quo peracto, decantetur solutio clara absque perturbatione fæcum, & præcipitetur cum aqua pluvia alumine impregnata. ita enim coagulum residebit ad fundum, quod crebris edulcorationibus ab omni sale liberato, & leni calore exiccato: ita enim obtinebis magisterium tui vegetabilis, quo balsamum tuum rutatum nativo colore tingere queas, & hoc obtinebis in omnibus.

ARTICULUS II.

Modus generalis præparandi balsama vulneraria.

Balsama vulneraria.

℞. *Oleum nucistæ expressum*, vel
Ceram, vel
Axungiam.

Quod corpus efficit balsamorum, semper primò liquefit. dein admiscetur *oleum tartari per deliquium* (quoniam balsami unctuositatem diu servat) sive cum pulveribus mixtum (debet autem talis esse olei tartari quantitas, ut pulveres possit recipere) sive per se, ubi pulveres non recipit balsamus. deinde ubi frigefactum fuit corpus balsami, adduntur olea stillatitia. & ultimò tincturæ, sive colores.

ARTICULUS III.

Balsamum Italicum vulnerarium,

Balsamum Italicum vulnerarium.

℞. *Olibani, mirrhæ, aloës.*
Mastich. sarcocoll. aa. ℥ij.
Colophon. terebinthin. aa. ℥i.
Axungiæ porcinæ ℥i ß.
humanæ ℥ ß.
Styracis calamit. benzoin. aa. ʒij.
Olei hypericon. vet. ℔ij.
petræ ʒvj.
spicæ ℥ ß.
Ceræ flavæ ℥vj.
Misce, fiat s. a. balsamum.

Methodus componendi hæc esto. cucurbitam vitream, inferius annulo

annulo plumbeo unitam in balneo mariæ, ut artis eſt, collocato. eique primum oleum hypericonis unà cum gummi olibano, myrrh. aloë. maſtich. ſarcocoll. & ſtyrac. calamit. bene pulverizatis, indito. accendatur ignis, & ubi balneum incaleſcit, continuò oleum cum gummi circumagitato, augendo ignem, donec aqua bene bulliat. ubi animadverteris gummi eſſe diſſoluta, adde colophoniam, & terebinthinam, ut & axungiam humanam, & porcinam. poſtmodum ceram flavam. quæ ubi ſoluta fuerint, trajiciantur omnia per linteum rarum, & ubi paulululum maſſa refrigerata eſt, adde oleum petræ, & oleum ſpicæ. ac præparatum erit *balſamum Italicum* vulnerarium. hoc balſamum ſi rubicundo colore tinctum velis, ipſi adde, antequam totaliter refriguit, gummi draconis, vel ligni ſantali rubri, per cribrum anguſtiſſimum trajecti, quantum ſufficit ad juſtam tincturam.

Uſus. *Uſus* ejus eſt in vulneribus recentibus, quæ mirificè ſanat. itidem in catarrhis dolorificis frigidis diſcutiendis. ſpecificè autem interius exhibetur in hæmorrhoidibus internis exulceratis.

Doſis. *Doſis.* Inſtar nucis moſchatæ cum vino calido,

ARTICULUS IV.

Modus generalis præparandi balſama ſtillatitia.

Balſamum gariophyllorum.

℞. *Ol. nucis moſcat. expreſſ. præparat.* ℥ij.
Ol. gariophyllorum ℈ij.
Gariophyllorum contuſ. in ſubtiliſſimum pulv. ℈i.

Vel quantum ſufficit ad tingendum balſamum. Miſceantur optimè in liquato oleo nuciſtæ, & ad uſum reſervetur.

ARTICULUS V.

Modus generalis præparandi balſama mixta.

Balſama mixta.

℞. *Ol. nucis moſc. expreſſ. præp.*
Ceræ albiſſim. aa. ℥j.

Liquefiant ſimul. dein ab igne remotis, adde olea in conveniente quantitate. ubi hæc ſimul frigida fere ſunt, addantur balſama nativa, & pulveres tingentes, & optimè contundendo miſceantur, donec in unam maſſam abierint.

CAP. XV.

CAP. XV.

De resinarum præparatione.

ARTICULUS I.

Resina jalappæ, scammonii, &c.

℞. *Jalappæ*, vel
Scammon, vel
Agarici, vel
Similium q. p. *Resina Jalappæ, scammon, & agarici.*

Terantur in pulverem, iisque affunde spiritus vini generosi ad eminentiam trium, vel quatuor digitorum transversorum. stent in digestione per xxiv. horas; quibus elapsis, spiritus vini sulphure, & sale horum purgantium impraegnatus conjiciantur in aquam frigidam, quæ ilico lactescit. Hanc si leni igne evaporaveris, in fundo remanebit tibi massam instar colophoniæ, *resina* dictæ, quæ nihil aliud est, quam purior portio sulphureo-salina scammonii, vel jalappæ. simili negotio ex turbetho, rasura ligni guajaci, &c. eliciuntur resinæ; verum hoc incommodi cum obtineant resinæ, ut per se absque additamento interius exhibitæ, pertinaciter intestinis adhærebunt propter suam viscositatem, torminaque excitent molestissima, huic malo hâc methodo præcavere debes.

℞. *Justam resinæ alicujus dosin.*

Eamque dissolvito in vitello ovi (vel cochleari spiritûs vini) continuò agitando in mortario, donec resina in vitello ovi sit resoluta. postmodum misceto cum jusculis, lacte amygdalato, cerevisia, vel similibus aliis liquoribus, ægroque exhibeatur. hoc enim in casu fœliciter purgare solent resinæ, nec symptomata maligna ulla tenus excitant.

Dosis Resin. *jalappæ est à gr.* iv. *ad* xij. *Dosis.*
scammonii à gr. iij. *ad* viij.
agarici à gr. iv. *ad* x.

ARTICULUS II.

Scammonium, seu diagridium correctum. *Scammonium mitigatum.*

Quod si scammonium corrigere velis, ut absque ulla molestia purge-

purgetur, omnemque ſuum odorem, & ſaporem nauſeabundum deponat, ſequenti utitur artificio.

℞. *Glycyrrhizæ raſæ q p.*

Coquatur in aqua pluviali, quouſque ſufficienti dulcedine aqua imprægnata ſit, quam à fæcibus decanta, hoc cum glycyrrhizæ decocto terito leviter ſcammonium crudum in mortario vitreo, quod ilico lacteſcit, lacteum liquorem effunde, novamque decocti quantitatem affunde, & terito ut prius, illud continuato, quouſque nihil niſi fæces in fundo remaneant. liquores vero ſuperfluum decantato, & quod in fundo hæret, leni igne exiccato. ita enim obtinebis diagridium per dulcedinem liquiritiæ correctum, blandiſſime purgans, quocum fallere poteris, & infantes, illos, qui omnem medicinam adverſantur, præcipue ſi miſceatur hoc diagridium correctum cum tabellis de ſucco citri, additis quibuſdam guttilis olei cinnamomi ad gratiam.

Doſis. *Doſis.* Hujus diagridii eſt à gr. iij. ad viij. & xij.

CAP. XVI.

Aceta conficiendi modus.

Nota bene. NOta bene. Duplicis generis dantur aceta, volatilia, & fixiora. volatilia fiunt ex meris farinaceis, & viſcoſis particulis, ut illa, quæ fiunt ex cereviſia, fabis, piſis, & leguminibus, & tritici generis. ſed fixiora fiunt è ramoſis, & viſcoſis, ſubdulcibus particulis, ut è ſaccharo, melle, vino, fructibus pyrorum, pomorum maturis, & dulcibus, ſequenti modo:

ARTICULUS I.

Acetum mellis, vel ſacchari.

Acetum mellis, & ſacchari.

℞. *Mellis, vel ſacchari* ℔iv.
Aq. communis ℔xl.

Coquantur ſimul ad quartæ partis exhalationem. dein, ubi refrigeratum fuerit decoctum, adde fermenti acidi panis q. ſ. (ſcilicet ad quantitatem ovi, aut circiter) fementcntur ſimul in ſole, aut loco calido. ubi fermentatio ceſſat, infunde liquorem ſuper ſequentem mixturam.

Cau-

℞. *Caulium uvarum, vel recent. vel ſicc.* ℔x.
Fermenti acidi panis ℔ſ.
Rad. pyrethri.
zinziberis, vel
Piperis longi ℥j.

Includatur fermentum unà cum hiſce pulveriſatis, & ſub caulibus abſcondatur. in promptu adſunt duo talia vaſa hâc mixturâ repleta. Hiſce in uno vaſe ſuperfunde liquorem. Macerentur ſimul per horas XXIV. dein effundatur liquor in aliud vas hiſce ſpeciebus repletum, & poſt XXIV horas materia illa in præcedente vaſe incaleſcit: cui denuo liquorem ſuperfunde. hoc tam diu repetendo, donec acidiſſimus fuerit liquor.

Nota primo. Si accelerari debet operatio, materiâ paucâ quantitate aceti vini humectetur, & reponatur, donec ſponte incaleſcat: dein liquores ſuperfundantur. hoc modo ex ſaccharo, tanquam è vino acerrimum colligitur acetum, ſtabile, & fixum, omnibus iiſdem operationibus in chymiâ, & culina inſerviens: ut & ex melle. *Nota primò.*

Nota ſecundo. Abſque hac mixtura etiam acetum ſponte fit, ſi in loco calido, vel in ſole, non planè recluſi, nec planè aperti, ſerventur liquores. *Nota ſecundò.*

Nota tertio. Si in dolio, in quo ſpiritus vini antea continebatur, fiat operatio, eò fortius fiat acetum, & citius operatio procedet. *Nota tertiò.*

Singulis quatuordecim diebus ſacculus (ſcilicet ſpecierum) renovari debet, & ſingulis XXIV. horis liquor in alterum vas effundi debet, ut incaleſcat. ſic unum vas ſemper plenum, alterum ſemper eſt vacuum.

CAP. XVII.

Modus Condiendi,

NOta bene. *Radices, Cortices*, & omnia, quæ condiri debent, vel amaritudinem obtinent, vel aciditatem, vel fragantem aliquem ſaporem, & odorem. illa, quæ amara ſunt, ſequenti modo condiuntur. *Nota bene.*

ARTICULUS I.
Methodus condiendi amara.

Condita amara.

℞. *Cort. arantiorum, vel*
Rad. calam. aromat. q. p.

Infunde aquæ tepidæ per horas XXIV. dein recens addatur superfusa aqua, idque repetendo singulis horis XXIV. donec claræ, & pellucidæ evaserint; vel donec amaritudinem magna ex parte deposuerint. dein recipe *sacchari ad consistentiam tabellati cocti q. s.* superfundatur corticibus, vel radicibus, ad supereminentiam usque digitorum ij. relinquantur simul per duos, vel tres dies. dein ubi syrupus dilutior factus fuerit, illum effunde, & ad consistentiam crassam coctione redigito, & frigefactum corticibus superfunde, & illos ad usum serva.

Nota bene

Nota bene. Si syrupus denuò dilutus evadit, coctionem esse repetendam. secundò, si conditum siccum expectatur, recipe sacchari ad consistentiam tabellati cocti q. v. huic ferventi intinge cortices superiori modo conditas, & ex tempore extrahe. sic obtinebis conditum siccum.

ARTICULUS II.
Methodus condiendi flagrantia.

Condita flagrantia

Quæ nullam amaritudinem obtinent, tantum maceranda sunt per duos dies in aqua communi. dein condienda, ut supra. sic & de fragrantibus, quæ & sequenti modo condiuntur, si sint flores.

℞. *Flores quoscumque.*

Illos intinge sacharo ferventi, & ita asserva. aquæ requiritur pars quarta ad saccharum tabellatum conficiendum, ad summum.

CAP.

CAP. XVIII.

Conservarum præparandi methodus.

ARTICULUS I.

Conservæ vulgares.

℞. *Foliorum*, vel *Florum quorumcumque à stipitibus, & albedine liberat. optimè concis.* ℔j. — *Conservæ vulgares.*

Immitttantur ollæ terreæ vitriatæ, & reponantur in balneo mariæ bulliente per quadrantem horæ, donec optimè emollescant herbæ. postea frigefacta simplicia contundantur in mortario lapideo in pulpam, sub finem addendo *sacchari clarificati* ℔ij. contundendo misceantur simul, & asserventur ad usum.

ARTICULUS II.

Conservæ, ex quibus syrupi, ut & vina medicata effici possunt.

℞. *Herb. flor. radicum quarumcumque recent. q. v.* — *Conservæ gratissimæ*

Scindantur & contundantur optimè in mortareo lapideo. scissis, & contusis, si sicciores sint substantiæ, adde vel aquam, vel vinum conveniens. dein immitte cucurbitæ terreæ alembico munitæ, & in balneo mariæ simul optime percoquantur per horam ʃ. dein exprimantur simplicia. succo expresso, per subsidentiam clarificato, adde sacchari æqualem quantitatem. hæc duo mixta simul, mediante balneo mariæ, misceantur, clarificantur, & evaporentur ad consistentiam extracti, seu massæ pilularum, ultimo addendo aquam stillatitiam, quæ mediante balneo mariæ abstracta est, & ad usum reserva.

Nota primo. Exinde fiunt syrupi, si ℥j. vel duæ addantur syrupi, sacchari clarificati ℔j. & in balneo mariæ permisceantur. — *Nota primò.*

Nota secundo. Exinde etiam fit vinum medicatum (uti absynthites, aut card. bened) si ʒj. vel altera, pintæ vini ad misceatur. — *Nota secundo.*

CAP. XIX.

Generalis ordo præparandi ſyrupos, rob. & mellita.

Nota bene

NOta bene. Syrupi in tres claſſes dividuntur. prima eſt ex odoriferis, & colorem facile omittentibus. ſecunda, ex vegetabilibus vulgaribus, ſcilicet, quibus odor, & ſapor, & color coctione non perit. tertia eſt acidorum: & quidem eorum, quæ colore albo prædita ſunt, vel rubro.

Syrupi primæ claſſis ſunt violarum, & fere omnium florum cæruleorum, ut & odoriferorum aromatum, ut corticum citri, cinnamoni, Gariophyllorum, &c.

ARTICULUS I.

Syrupus odoriferorum.

Syrupus odoriferorum.

℞. *Flor. violarum quoscumque q.v.*

Auferantur cauliculi virides. flores ſeorſim collectos aquæ calenti infunde. nota, quod aqua non debet ebullire, ſed ferè ad ebullitionem deduci. macerentur ſimul, donec aqua frigefacta ſit. liquorem exprime. huic liquori adde ſacchari clarificati quantum ſatis, id eſt, quantum diſſolvi poſſit. vel ſaccharum ad conſiſtentiam tabellati coquatur cum aqua vulgari, id eſt, quando filum dat. dein liquor in ſufficienti quantitate ei addatur ad conſiſtentiam ſyrupi inde faciendam.

ARTICULUS II.

Syrupus odoriferorum, & aromatum.

Syrupus odoriferorum, & aromatum.

℞. *Cinnamom.* vel
Cort. citri, vel
Cujuscumque aromatici ℥iij.
Vini gallici,
Aq. roſat. aa. pint. I.

Deſtillentur ſimul, donec ℥v. circiter liquoris tranſierunt. remanentiam coque, vaſe aperto, ad mediæ partis conſumptionem. colaturæ clarificatæ albumine ovorum adde, *ſacchari clarificat.* ℔ij. coquan-

coquantur ad consistentiam spissiorem. dein ab igne remoto adde, *aq. præcedent. stillat. q. s.* scilicet, ut consistentiam syrupi retineat. & plerumque omnis aqua additur.

ARTICULUS III.

Syrupus vegetabilium vulgarium.

℞. *Herbas, flores, ligna, radices, cortices, &c.* Quorum odor non facile avolat. macerentur secundum eorundem duritiem. denique coquantur, colentur, & clarificentur, vel sacchara addito, vel liquor solus, & prout clarificatio fuerit facta vel saccharo vulgari, vel clarificato. deinde ad consistentiam syrupi reducitur coctione. *Syrupus vegetabi-*

ARTICULUS IV.

Syrupus acidorum.

Syrupus acidorum.

Nota. Inter acida numerantur succi berberorum, ribesiorum, & granatorum. illi succi, quoniam colore rubro præditi sunt, colorem non variant sacchari, ideoque coqui possunt succi illi unà cum saccharo ad consistentiam syrupi, sed syrupi succorum acidorum ex aceto, &c. quoniam albi expetuntur, requirunt saccharum ad consistentiam tabulati coctum. cui, ab igne remoto, additur succus ad consistentiam syrupi.

Nota bene. Quod omnes succi, & syrupi acidi, necessariò requirunt vasa terrea vitriata, quoniam metallica corrodunt, inde coloris & saporis, mutatio sæpius advenit.

ARTICULUS V.

Rob, mellita, & miva, vel gelatina.

Rob, mel. miva, vel gelatina.

Differentia inter syrupum, rob, & mivam. vel gelatinam, tantum in consistentia est. scilicet, syrupus est liquidissimus omnium. rob est spissioris consistentiæ, instar mellis virginei, miva, & gelatina, sunt consistentiæ adhuc spissioris: ita ut scindi possunt, & in cultro retineri.

CAP. XX.

CAP. XX.

Modus generalis præparandi pilulas, extracta, &c.

Nota generalis super pilulas, & extracta conficienda.

Nota primò. NOta primò. Pilulæ, quoniam medicamenta sunt, quæ citissime ab ægris fastidiuntur, summopere attendendum est, ut, in quàm minima dosi, quàm maximas exerant vires. rejiciendi ergo sunt pulveres in magna tantùm dosi purgantes, ut agaricus, folia sennæ, jalappa, turbith, &c. vel eorum extracta, loco simplicium, in usum adhibenda sunt, ut pro agarico, extractum, vel resina agarici. *Dosis pilularum rarius* ℈ ß. excedere debet.

Nota secundo. *Nota secundò.* Extracta potius facienda cum aqua communi, quàm cum spiritu vini sunt, (aqua communis partes viscosas extrahit: spiritus vini non attingit quidem viscosas, sed resinam tantum extrahit) idque ob duas præcipue rationes. Primò, quoniam extracta multò melius purgant, quàm resinæ. Secundo extracta mollioris consistentiæ permanent, ita ut semper inde pilulæ confici possunt. è contra resinæ, & omnia, mediante spiritu vini, extracta, temporis tractu duriora evadunt, ita ut potius in pulverem, quàm in pilulas reducantur.

Nota tertiò. *Nota tertiò.* Omnia extracta mediantibus salibus. tàm acidis, quàm alcalicis, facta, ex hisce confectionibus eliminantur, quoniam aëris injuriis nimium obnoxia sunt, & facillime liquescunt ita ut, singulis fere diebus, consistentiam dilutiorem obtinant, & postea facillimè situm contrahunt.

Nota quartò. *Nota quarto.* Illa verò, vel succi inspissati, vel extracta, quæ fiunt è vegetabilibus acidioribus, hoc sequenti modo asservari possunt. vedelicet, si primò ad consistentiam duriorem reducantur, & postea eis vel oleum, vel spiritus vini, superfundatur ad supereminentiam latitudinis dig. per annum integrum asservari poterunt. imò si succis liquidis oleum superfundatur ad latitudinem circiter XIX. digitorum, per idem tempus asservari queunt.

Nota quintò. *Nota quinto.* Duplex datur forma pilularum. una ex solis pulveribus cum melle. altera ex resinis, & gummatibus, vel ex iisdem ambobus, composita, ut plerumque in receptis doctorum est. compositio talis est.

ARTI-

ARTICULUS I.

Pilulæ ex pulveribus compoſitæ.

In pulverem primò rediguntur omnia pulverizanda. dein adduntur guttulæ aliquot mellis, vel ſyrupi, vel ſucci, & tamdiu impaſtantur, donec in unam maſſam abeant. vel alio modo, mel ad conſiſtentiam ſpiſſiorem coquitur, ut manibus tractari poſſit. dein immiſcentur pulveres, & calidè inde formantur pilulæ. ſic etiam proceditur in pilulis ex terebinthina factis. nempe terebinthina ex aqua communi, vel convenienti liquore coquitur, donec nullum ferè odorem ſpargat. dein calidè immiſcentur pulveres. *Pilulæ ex pulveribus compoſitæ.*

ARTICULUS II.

Pilulæ ex reſinoſis compoſitæ.

In reſinoſis verò, primò, reſina, vel gummi in conſiſtentiam molliorem redigitur mediante ſpiritu vini. dein admiſcentur pulveres in ſ. q. ſecundum præſcriptum. ultimò adduntur olea ſtillatitia, ut oleum carui, &c. ubi gummata ferulacea pilulas ingrediuntur, tunc reſinæ cum pulveribus etiam pulverizantur, & gummi cum pauco aceto deſtillato ad conſiſtentiam redacta admiſcentur. *Pilulæ ex reſinoſis compoſitæ.*

CAP. XXI.

Trochiſcos præparandi modus generalis.

NOta bene. Omnes pulveres ſimul, vel ſeparatim, ſi neceſſe ſit, (ut crocus, & gummata omnia pulverizari ſolita, myrrha, thus, ſtorax, &c.) in pulverem minutiſſimum rediguntur. Dein admiſcetur gummi ſolutum in aqua convenienti. gummata illa, quæ ſolent diſſolvi, ſint tragacanth. & arabic. ea ſimul tamdiu agitantur, donec ſimul in maſſam abeant. additur continuò aliquid aquæ roſarum. dein in planam formam rediguntur, vel in rotulas contorquentur; vel in globulos evolvuntur. *Notabene*

CAP. XXII.

Modus generalis unguenta, & emplastra conficiendi, in quibus pulveres, gum. ingrediuntur.

Nota.

NOta. Omnia seba, axungiæ, & olea, simul liquescunt: dein refrigerari permittuntur, donec duritiem: & consistentiam quandam, induunt. dein admiscentur, primùm gummata soluta in aceto: postea pulvis herbarum, radicum, & seminum: tertiò olea stillatitia: ultimò optimè, pistillo ligneo parumper calefacto agitantur, & continuantur, ut omnia in unam massam æqualem abeant. quæ deinde manibus oleo illitis malaxatur.

Nota bene

Nota bene. In quibus emplastris ingreditur crocus, vel alia tingentia, hoc modo proceditur. gummatibus, in aceto solutis, primò, admiscetur crocus, vel aliud aliquod tingens: & tamdiu movetur spatulâ, donec colorem suum deponat in solutione illa, & dein, ut supra, proceditur.

CAP. XXIII.

Cadavera condiendi methodus.

ARTICULUS I.

Methodus prima condiendi cadavera.

methodus prima.

℞. *Cadaver quodvis*

Ex quo primitus eximatur intestina, viscera, cerebrum, aliasque partes molliores, ponatur postmodum in cysta plumbea, quæ commodè cadaver comprehendere potest, affundatur cadaveri.

Oleum terebinthinæ lucidum.

Quousque supereminceat, relinquaturque cadaver in eo statu per XIV. dies, vel donec oleum partes musculosas bene penetraverit, eximatur tunc cadaver, & abluatur spiritu vini, locoque sicco reservetur.

Methodus secunda.

methodus secunda.

℞. *Spiritus salis, cum bolo præparati, & optimè dephlegmati p.* j
Alcohol vini purissimi p. iij.

Quæ circulando, & destillando sæpius ita uniantur, ut omne corrosi-

rosivum spiritus salis per dulce sulphur spiritus vini sit mitigatum, & dulcefactum, obtinebis liquorem valde temperatum, in quo animalia filo aspensa per longum temporis spatium ab putredine præservari possunt.

Methodus tertia.

methodus tertia.

℞. *Salis communis*
Aluminis aa. p. æq.

Dissolvantur in sufficienti quantitate aquæ pluviæ, & coquantur super ignem, donec leviter simul ebulliant, in quo lixivio cadaver condiendum sæpius emergatur, & subito extrahatur, quousque pori salis sunt referti, sed hoc vitii methodus hæc habet, quod aërem humidum ferre nequeunt corpora condienda.

ARTICULUS II.
Conservatio viscerum.

Nota bene. Quod si viscus aliquod conservare volueris, primitus illud infletur, & per seringam aqua tepida injiciatur, & eluatur omnis sanguis manibus molliter tractando inter duo lintea, postmodum eluatur spiritu vini, donec spiritus vini sanguineus non rediat, quod si in forma sicca ut appareant, volueris, alumine pulverisato aspergatur. in forma verò humida conservare si animus sit tibi, inungantur oleo terebinthinæ lucido. *Notabene*

ARTICULUS III.
Mumia artificialis.

℞. *Carnis homunis violentâ morte perempti* q. v. *Mumia artificialis.*

In taleolas conscindito; quas per horas XXIV. in sufficienti quantitate spiritus salis macerato. postmodum inter lintea complicata exiccato, & myrrhâ alcoholizatâ fricando imprægnato, quantum fieri potest: filoque trajicito, eâ conditione, ne se mutuo contingant, & aëre libero exponito, præsertim septentrionali, donec perfectæ exiccatæ sint. ita enim obtinebis mumiam per balsamum myrrhæ, & salis conditam.

Cujus tincturam si desideraveris, procedito, ut dictum in generali

Tinctura mumialis nerali methodo tincturas extrahendi, nempe

℞. *Mumiæ præparatæ. q. p.*

Huic affunde alcohol vini ad eminentiam trium, vel quatuor digitorum transv. stent in digestione, donec sp. vini sanguineam extraxerit tincturam, quam decanta, & seorsim reserva, novumque sp. mumiæ affundito, & digerito, ut prius, & hoc continua, donec omnes tincturæ extractæ sint. tincturas confunde, & in balneo mariæ spiritum vini auferto ad balsami liquoris consistentiam. ita enim præparatam habes veram tincturam mumialem.

Vires. *Vires.* Hujus tincturæ vires sunt magnæ in internis læsionibus, in marasmo, in hæmorrhagia pulmonum, longèque præstat mumiis omnibus alio solo ad nos delatis, quippe quod paretur ex carne à corpore spiritu volatili, sulphure, & sale abundante (in quibus scil. tota efficacia mumiæ consistit) exemptâ: cum extraneæ illæ mumiæ parentur sæpissime ex corporibus sub arenis exiccatis à vegementi solis calore in desertis arabiæ, vel à carne ex corporibus eorum, qui languido morbo, diuturnàve ægritudine extincti fuêre, haud secus ac lampas, cui deficit oleum, lucem quasi dubiam præbet, & pro tempore languescens, tandem penitus extinguitur.

Dosis. *Dosis.* Hujus in vehiculo convenienti à gutt. xv. ad xxx.

CAP. XXIV.

Methodus præparandi furnos.

ARTICULUS I.

Lutum pro furnis extruendis.

Lutum pro furnis

℞. *Argillæ communis part.* j.
Arenæ. part. ij.
Calcis part. ß.

Malaxentur, & incorporentur simul, mediante aquâ communi, ut in liquidiorem formam abeant. tunc lutum sufficit majoribus furnis extruendis. minoribus verò, & portatilibus, sequens applicandum. ℞. *Argillæ part.* j.
Calcis part. iij.
Arenæ q. s.

Misce,

Misce simul cum aqua communi, donec justam consistentiam acquisiverit, & donec non amplius digitis adhæreat.

ARTICULUS II.

Furnorum vitrificatio.

Inferior furnorum pars, si vitrificata, vel durissima expetatur, sequenti mixturâ obtinebitur. *Furnus vitrificatus.*

℞. *Arenæ pulverisatæ*, vel
Silicum pulverizator. part. 1.
Argillæ comm. part ß.
Minii part. ij.
Aq. communis q. s.

Ut in formam pulpæ tenuioris reducatur. hac mixtura inferior pars furni obducatur, & postquam planè exiccatus fuerit furnus, ignem in eo strue sat violentum, ex carbonibus lignorum, & erit vitrificatus, ita ut nunquam postea fissuram admittat.

ARTICULUS III.

De Furnorum structura.

Nota. Quatuor præcipuè furnorum dantur genera. primò, cil. furni portatiles. secundò, furni ignis aperti. tertiò, furnus fusorius. quartò, furnus arenæ, balnei mariæ, vesicæ, &c. qui intermedium aliquid admittunt, ne immediatè vasa destillatoria lambat ignis. *Structura furnorum*

Furni portatiles pro varia intentione, diversimodè fiunt. duplices verò plerumque sunt generis, vel qui, mediante lampide, vel qui, mediantibus carbonibus, destillationem perficiunt. illi qui lampade instruuntur, tantùm foramen inferius requirunt, per quod flamma recipi potest. attendendum verò in positione lampadis, ut si ignis, vel flamma vehementior requiratur, ut in extremo acumine, tanquam in puncto, attingat vas destillatorium, quoniam si immediate flamma, in medio circiter, lambat vas, citissime fuliginem ex vehementi illa reverberatione deponit. ubi verò acumen tantùm pertingit, facilius fugantur illi fumi, aliàs flamma suffocaturi. Qui vero furni, mediante igne solo. requirunt omnes illas partes, quas furni majores obtinent, ut cinerarium, focum, &c. quas in majoribus explicabimus.

ARTICULUS IV.

Furni minores.

Methodus præparandi furnos minores portatiles.

Fundus fiat furni ex lapide quadrato, cui tres lapides ejusdem magnitudinis approprientur. mediam partem cinerarii loco extrue, ita ut duorum digitorum latitudinem ob unaquaque parte cinerarium angustius fiat, cum duobus lapidibus annexis. super hos duos lapides craticula è quatuor filamentis ferreis digiti latitudine à se invicem distantibus circum circa. postea cum calce viva, & argilla, oblinantur, ut sensim angustius fiat veru, seu craticula, filamentum, & latior in supremitate furnus maneat. trium postea digitorum lapis super cinerarium ponatur, suprapositis ab utraque parte lapillis convenientibus, ut instar ostii loco fiat. dein recipiatur olla, seu testa quæcumque, & hisce lapidibus, cum aliis minoribus, superponatur. & annectatur, relictis spiraculis duobus in posteriore parte, fumo, & flamma, egrediendis.

ARTICULUS V.

Furni majores.

Præparatio furnorum majorum pro vesica excipienda.

Primò fiat cinerarium à tribus lapidibus sibi invicem suprapositis. osteum verò cinerarii octo circiter pollicum latitudinem obtineat. interius latius sit, quam exterius, ut tantò majorem aëris, & cineris copiam admittere possit. deinde ponatur craticula duobus lapidibus sibi invicem suprapositis. quatuor dein lapides declives super craticulam ponantur. dein fiat ostium foci ex duobus lapidibus. occludatur postea superposita lapide. dein vesica, vel olla ferrea, superponatur, & undique in altum extruatur furnus, relicto duorum digitorum, ad minimum, spatio circum circa vas. inferior fundus vasis arctissime claudatur, relicto in posteriore parte, unico tantum spiraculo flammæ egrediendæ, quod proximè adstat camino, & mediante latere transverso à camino separetur, ita ut in continuo circulo ingrediens flamma vas lambere cogatur, antequam per caminum adscendere queat, maximè verò vesica. hanc tantum differentiam obtinent inter minores, ut ad trium lapidum transversorum latitudinem immediatè igni incumbant, absque ullis lapidibus intermediis.

ARTICULUS VI.

Præparatio furni ignis aperti, vel fuſorii ſcilicet, vel deſtillatorii.

Furni fuſorii cinerarium altius, & parumper anguſtius requirunt, quàm cæteri furni. focus ad modum ovi internè conſtruatur, ita ut latior pars ſit ad craticulam, anguſtior ad ſupremam partem, ſuprapoſitis poſtea pipis, ad altitudinem duorum pedum. oſtium tum latum fiat, ut crucibulum eximi, & imponi queat. crucibula ſemper altiora imponantur, quàm craticula eſt, ut fundus vaſis eamdem ignis vim, quàm ſupremitas obtinere poſſit. *Furni fuſorii.*

Furni deſtillatorii ad eamden fere normam extruuntur, niſi quod cinerarium, & focus cum præcedentibus idem ſit. in ſummitate caminus ſit trium lapidum altitudine, ſuper quos quartus ad occludendum egreſſum flammæ rectum, ut tanquam reverberio exitus illi pateat. *Furni deſtillatorii.*

Furni digeſtionis nullo foco indigent, ſed tantum cinerario, cui ignis digeſtivus imponitur ex optimè incluſo, & lutato cinerario ignis ad minimum per xij. horas perdurare poſſit. regimen ignis in cinerario dependet, prout enim hoc magis, vel minus occluditur, eò vehementius, vel imbecillius, ignis movetùr. oſtium foci, ubi ignis requiritur vehemens, arctè occludatur, ne aëri per cinerarium ingreſſo, exitus per illud pateat. ſpiracula in ſupremitate ſint convenientia, ad minimum, in furnis ignis aperti, quatuor digitorum latitudinem obtineant: in veſicis, & ollis, ad minimum trium digitorum: in furnis minoribus portatilibus digiti unius: in furnis digeſtionis, digiti medii latitudo circum circa quartam partem vaſis relinquatur. *Furni digeſtionis.*

ARTICULUS VII.

Lutum pro fiſſuris vitri.

Pro vitris verò fiſſis, & quæ rimam contraxerunt lutandis, & conſolidandis, ſequens præparato lutum. *Lutum pro vitris.*

℞. *Albuminis ovorum* q. p. cui adde
Menii ſubtiliſ. triti q. ſ.

Ad

Ad formam pultis, quo illinatur linteum, & fissuræ applicatur. vel

℞. *Lytharg. auri*
Vitri veneti in subtil. pulv. triti
Vernicis a.a.

Terantur in porpherite cum pauxillo *olei lini*, & hac mixturâ lintea illinato, & fissuris applicato. vel:

℞. *Calcis vivæ p.* ij.
Lytharg. auri p. j.

Terantur in subtibissimum pollinem, iisque adde tantum *vernicis* calidæ, ut in pultem redigi queant, & procedito, ut prius

ARTICULUS VIII.

Lutum ad vasa sigillanda.

Luta ad vasa sigillanda.

Ad vasa verò sigillanda in circulationibus per pellicanos, vel phiolas

℞. *Vitri veneti p.* v.
Succini pulver. p. ij.
Boracis p. j.

Redigantur cum s. q. *spiritus vini* in massam mollem, quâ vitra sigillanda obturentur, & mox cum ferro candente fundantur. vel.

℞. *Colophoniæ*,
Ceræ flavæ aa. ℥ij.

Colliquentur in fictili, his adde *Farinæ laterum* ℥iv.
Temperentur exacte. vel

℞. *Albuminis ovor. conquassator. q p.*

Quo illinito linteum, & antequam exiccetur, adspargito *calcem vivam*, & subito commissuris vitrorum, applicato: quod si simplex involutio non sufficiat, bis, terve, iterare poterit, in destillatione illorum, quæ fætorem dispergunt insignem.

ARTICULUS IX.

Lutum pro vasis loricandis.

Lutum pro vasis loricandis.

℞. *Argillæ pinguis* ℥i. *Arenæ* ℥ij. *Batturæ ferri.*
Vitri Veneti in subt. pollin. trit. aa. ʒij.
Capitis mortui vitrioli ʒi ß.

Temperentur cum *aqua salsa* in formam luti tenacis.

FINIS.

INDEX

INDEX
Capitum, & Articulorum; Medicamentorum, eorumque. Dosium.

CAPUT I.

De tincturis, seu elixiriis ex vegetabilium regno extrahendis. 1

ARTICULUS.

1. *Elixir anodinum.* 5
Dosis à gutt. iij. *ad* ʒß.
2. *Elixir antivenerium.* 6
Dosis à gutt. iij. *ad* ℈j.
3. *Elixir camphoræ.* 7
Dosis à gutt. ij. *ad* viij.
Spiritus camphoratus. ibid.
Linimentum in apoplexia. 8
Mixtura in capitis dolore. ib.
4. *Elixir menstruale seu uterinum.* ib.
Dosis à ʒß. *ad* ʒij.
5. *Elixir proprietatis paracelsi.* 9
Dosis à gutt. xij. *ad* xxx.
Elixir prop. paracel. cum sale volatili oleoso nobilitatum. 10
Dosis à gutt. viij. *ad* xx.
Elixir prop. parac. cum acido. ib.
Dosis à gutt. viij. *ad* xx. *vel* ʒß.
6. *Elixir vitæ.* 11
Dosis à gutt. ℈j. *ad* ʒj.
7. *Essentia alexipharmaca, & bezoardica.* ib.
Dosis à gutt. iij. *ad* ℈ij.
8. *Essentia anodina ex opio.* 13
Dosis à gutt. ij. *ad* viij.
Tinctura opii. ib.
Dosis. ad cochl. j.
9. *Essentia anti-hysterica.* ib.
Dosis a gutt. iij. *ad* ʒß.
10. *Essentia asthmatica.* 14
Dosis a gutt. x. *ad* ℈ij.
11. *Essentia benzoin, processus pr.* ib.
Processus alter. 15
Processus tertius. ib.
12. *Tinctura florum benzoin.* 16
Dosis a gutt. iv. *ad* xx.
13. *Tinctura castorei.* ib.
Dosis a gutt. iv. *ad* xxx.
14. *Tinctura cinnamomi.* 17
Dosis est ʒß.
15. *Tinctura corallorum.* ib.
16. *Tinctura seu essentia gariophyl.* 18
Dosis est aliquot guttar.
17. *Tinctura pro coloribus gemmarum artificialium.* ib.
18. *Tinctura insectorum.* 19
Tinctura cantharidum. ib.
Dosis a gutt. iij. *ad* xx.
Dosis pulv. a gr. j. *ad* iv.
Tinctura vermium majalium. ib.
dosis a gutt. x. *ad* xxx.
19. *Tinctura Kermes.* 20.

 20. *Tinc-*

20. *Tinctura ligni acanthini.* ib.
21. *Tinctura ligni campecii.* ib.
22. *Tinctura, seu essentia maceris.* 21
Dosis est aliquot guttarum.
23. *Tinctura mellis.* ibi
dosis a cochl. ß. *ad cochl.* 1.
24. *Tinctura opio.* ib.
dosis in infant. a gutt. x. *ad* ℥i.
in adultis cochl. 1. *ad* iij. iv. v.
Tinctura opii cum succo cydonior. præparata. 23
25. *Tinctura, seu essentia regia.* ib.
Aqua odorifera. 24
Aqua vitæ ambrata. ib.
26. *Tinctura rosarum.* 25
dosis est ℥i. *vel* ij.
Tinctura omnium florum cordialium. ib.
27. *Tinctura succini simplex.* ib.
Tinct. cum circulato paracelsi. 26
Processus alter. ib.
dosis a gutt. x. *ad* xxx.
28. *Tinctura sulphuris.* 27
dosis a gutt. xij. *ad* xxx.
Balsamum sulphuris. ib.
dosis a gutt. x. *ad* xx.
Magisterium sulphuris. 28
dosis a gr. iij, *ad* ℈i.
29. *Tinctura dia-sulphuris.* ib.
30. *Tinctura hypocratica.* 29

CAPUT II.

De variis metallorum calcinationibus & reductionibus in vitriola, & crocos. ib.

ARTICULUS

1. *Calx solis.* 31
2. *Tinctura solis.* 32
dosis a gutt. iij. *ad* iv.
3. *Aurum fulminans.* ib.
4. *Amalgama solis.* 33
5. *Azoth solificatum.* ib.
dosis a gr. ij. *ad* v.
6. *Præparatio solis musivi.* 34
7. *Crocus solis.* ib.
Dosis a gr. ij. *ad* iv. *vel* vi,
8. *Methodus eliciendi sol. ex luna.* 35
9. *Amalgama lunæ.* ib.
10. *Calx lunæ.* 36
11. *Luna hydragoga angeli salæ.* ib.
dosis a gr. iij. *ad* vi. *vel* x.
12. *Præparatio lunæ musivæ.* 37
13. *Calx, sive crocus martis.* ib.
14. *Crocus martis aperiens, & adstringens.* 38
dosis est a ℈i. *ad* ʒß.
15. *Regulus martis.* 39
16. *Flores martis.* ib.
dosis ℈ß, *ad gr.* xv.
17. *Tinctura martis simplicissima.* 40
dosis a gutt. vi. *ad* viij.
18. *Essentia martis.* ib.
dosis est cochl. ß.
19. *Mars potabilis.* 41
dosis a gr. vi. *ad* xvj. ℈i.
Martis specificum. ib.
dosis quantum cuspide cultri contineri potest.
20. *Lapis hæmatitid. artificialis.* 42
dosis a gr. iv. *ad* xij.
21. *Tinctura martis volatilis aperiens.*
dosis a gutt. x. *ad* xxx.
Tinctura martis adstringens. 43
dosis a gutt. v. *ad* x.
Crocus martis. ib.
dosis a gr. v. *ad* x.

22. *Vi-*

22. *Vitriolum, chrystalli, & spiritus veneris.* 44
Calx veneris. ib.
23. *Æs, & plumbum ustum.* ib.
24. *spiritus veneris.* 45
25. *Tinctura veneris.* ib.
dosis a gutt. vj. *ad* xx.
26. *Calx saturni, seu minium.* ib.
27. *Cerussa saturni.* 46
28. *saccharum, seu magisterium saturni.* ib.
dosis est pro re natâ.
29. *Balsam. saturni rubicundum.* 47
30. *Bals. saturni marte nobilitatum.* 48
dosis a gr. iv. *ad gr.* x.
31. *Balsamum sacchari saturni.* ib.
dosis a gr. j. *ad* vj.
32. *Balsamum saturni anti-podagricum.* 49
dosis a gutt. ij. *ad* xij.
33. *Balsamum saturni anodynum.* ib.
34. *Oleum seu liquor, & tinctura saturni.* 50
Collyrium. ib.
35. *Amalgama jovis, & saturni.* 51
36. *Præcipitatio jovis, & saturni.* ib.
37. *Regulus jovis.* ib.
Regulus Antimonii jovialis. ib.

CAPUT III.

De antimonii calcinatione, sublimatione, &c. 52

ARTICULUS

1. *Calcinatio antimonii, inde hepar.* ib.
2. *Crocus metallorum.* ih.
dosis in subs. gr. iv.
in infuso gr. viij. *vel* x.
Haustus vomitivus. 53
3. *Antimonium diaphoreticum.* ib.
dosis est a ℈ß. *ad* ʒß.
4. *Sulphur antimonii.* 55
dosis est gr. iij.
5. *Flores antimonii albissimi.* 56
dosis gr. iij. *ad* iv.
6. *Flores Antimonii rubri.* ib.
dosis gr. iij.
7. *Antimonium calcinatum.* 57
8. *Vitrum antimonii hyacinthinum.* ib,
dosis in subs. gr. iij. *ad* iv.
in inf. gr. vi. *ad* viij.
2. *Sapa, seu pilulæ vomitivæ antimonii.* 58
dosis sæpè ʒij. *a d* ʒiij.
10. *Tinctura antimonii.* ib.
dosis a gutt. v. *ad* xv.
pulv. a gr. ij. *ad* vi.
Crocus solis. 59
11. *Pulvis emeticus ex vitro antimonii correctus.* 60
dosis in subs. a gr. iij. *ad* vi.
in inf. a gr. iv. *ad* x. *vel* xx,
12. *Regulus antimonii martialis.* ib.
dosis in inf. a ℈ß. *ad* ʒi.
vini ab ℥ß. *ad* ℥iß.
sulphur auratum ex scoriis ant. 61
dosis in infantibus a gr. ß.
in adult· ad gr, vi. *vel.* viij,
Liquor aureo flavus. ib.
Tinctura ex scoriis antimonii. ib.
Pocula vomitum cientia. 62
Stannum argentum colore ref. ib.
13. *Pulvis antihecticus.* ib.
dosis a gr. v. *ad* vi. *vel* viij.
14. *Regulus antimonii medicinal.* 63
dosis a gr. xv. *ad* xxv.
Pulvis sudorificus. 64
Bolus sudorificus. ib.
Mixtura sudorifica. ib.

15. *Tinctura metallorum.* ib.
Dosis a gutt. x. *ad* xxx.
16. *Balsamum sulphuris antimon.* 65
dosis à guttt v. *ad* x.
17. *Butyrum antimonii.* 66
18. *Mercurius vitæ.* 67
dosis in subs. a gr ij. *ad* iv.
in inf. ad gr. vj.
Infusio mercurii vitæ. ib.
dosis ab ℥ß. *ad* ℥jß.
Mercurius vitæ securatus. ib.
dosis in subs. a gr. iv. *ad* viij.
19. *Mercurius vitæ correctus.* 68
dosis a gr. iij. *ad* vj. *vel* viij.
20. *Spiritus vitrioli philosophus.* 69
dosis est gutt. iij. *vel* iv.
21. *Bezoardicum minerale.* ib.
dosis a gr v. *od* xv.
Bolus sudorificus. 70
Pulvis sudorificus. ib.
22. *Bezoardicum minerale sine sublimato.* ib.
dosis a gr. iij, *ad* xij.
23. *Spiritus nitri bezoardicus.* 71
24. *Cinnaberis antimonii.* ib.
dosis sunt gr. ij. *aut* iij.

CAPUT IV.

De Mercurii calcinatione, præcipitatione, sublimatione, &c. 72

ARTICULUS

1. *Mercurius præcipitatus albus.* 78
dosis a gr. iij. *ad* vj.
Mercurius præcipitatus ruber. ib.
dosis a gr. ij. *ad* vj.
Unguentum ad scabiem. 79
Emplastrum ad tophos venereos. ib
2. *Mercurius præcipitatus diversi coloris.* 80
3. *Turbeth minerale.* ib.
dosis a gr. v. *vel* viij.
Processus secundus. 81
Turbith minerale correctum. ib.
Bolus vomitivus. 82
Unguentum ad maligna ulcera curanda. ib.
Unguentum aloë-hepaticum. ib.
4. *Mercurius coagulatus.* ib.
5. *Mercur. diaphoreticus Jovialis.* 83
dosis a gr. iij. *ad* x.
Bolus sudorificus. ib.
6. *Mercurius diaphoreticus, & purgans.* 84
7. *Mercur. per se diaphoreticus, & purgans.* 85
dosis a gr. iij. *ad* v.
8. *Mercur. præcipitatus aureus, seu solaris.* ib.
dosis a gr v. *ad* x.
9. *Laudanum mercuriale.* 86
dosis a gr. i. *ad* iij.
10. *Mercurius sublimatus corros.* 87
11. *Sublimatus dulcis.* ib.
dosis a gr. viij. *ad* xij.
Pilulæ trium diabolorum. 88
Pilulæ in gonorrhæam. ib.
Conditum in gonorrhæam. ib.
12. *Aqua mercurialis rulandi.* 89
13. *Oleum, seu spiritus mercurii.* ib.
dosis pro re natâ.

CAP. V.

De salibus volatilibus, ex animalium regno eductis. 90

ARTICULUS.

1. *Sal volatile in forma sicca.* 94
dosis a gr. vij. *ad* ℈j.

Sal

Sal volatile in forma humida, seu spiritus. ib.
dosis a gutt. xx. *ad* ℨj.
Oleum sale volatili fœtum. 95
dosis a gutt. ij. *ad* xij.
Linimentum. 96
2. *Sal volatile urinæ.* ib.
dosis, ut supra dictum,
3. *Sal volatile aromaticum per destillationem.* 97
dosis a gutt. x. *ad* xx. *vel* xxx.
Sal volatile oleosum per destil. 98
dosis a gutt. x. *ad* xxx.
Sal volatile aromaticum per digestionem. ib.
dosis a gutt. x. *ad* xxx.
Sal volatile aromaticum extemporanium. ib.
dosis a gutt. x. *ad* xxx.
4. *Sal volatile oleosum uterinum.* 99
dosis a gr. x. *ad* xx.
5. *Sal volatile oleosum cephalicum.* 100
6. *Sal volatile oleosum antifebrile, & stomachicum.* ib.
7. *Sal volatile oleosum per se, sine additione salium volatilium.* ib.
8. *Sal volatile fuliginis.* 101
dosis aliquot gr.
9. *Oleum succini.* ib.
dosis a gutt. iij. *ad* xv.
Sal volatile succini. 102
dosis a gr. x. *ad* xx.
10. *Volatilizat. salium fixatorum.* 103
11. *Fixatio salium volatilium.* ib.
dosis a gr. vj. *vel* viij.

CAPUT VI.

De spiritibus acidis salis communis, & nitri, &c. 104

ARTICULUS

1. *Spiritus acidus salis communis.* 107
dosis a gutt. ij. *ad* vj. *vel* viij.
Spiritus acidus nitri. 101
dosis a gutt. iij. *ad* viij *ad* x.
2. *Spiritus acidus salis communis, & nitri per additionem fermenti accerrimi.* ib.
dosis gr. iij. *ad* viij.
3. *Sal mirabile glauwberi.* 109
4. *Rectificatio spir. salis, & nitri.* 110
5. *Spiritus salis, & nitri dulcis.* ib.
dosis a ℈ß. *ad* ℈j.
6. *Spiritus salis volatilis dulcis.* 111
dosis a gutt. x. *ad* xx.
7. *Sal decrepitatum.* ib.
8. *Terra virgo.* 111
9. *Lapis butleri.* ib.
10. *Regeneratio salis communis.* 113
11. *Nitrum alcalisatum.* 113
12. *Liquor nitri, seu alcahest glawberi.* ib.
13. *Nitrum vitriolatum.* 114
dosis est ℈ß.
14 *Nitrum fulminans.* ib.
15. *Lapis prunellæ.* 115
dosis est ℈ß. *ad* ℈j.
16. *Nitrum nitratum.* ib.

CAPUT VII.

De vitrioli præparationibus. 116

ARTICULUS

1. *Vitriolum calcinatum.* ib.
2. *Spiritus volatilis vitrioli.* 117
dosis a gutt. vj. *ad* xx.
Oleum vitrioli. 118
3. *Vitriolum martis.* ib.
Dosis a gr. v. *ad* x. *vel* xv.

Aqua spadana artificialis. ib.
4. *Sal album vitrioli.* 119
5. *panacea ex vitriolo.* ib.
dosis a gr. iij, *ad* v.
6. *Oleum vitrioli volatile, & dulce.* 120
Dosis a gutt. xv. *ad* xx.
7. *Sal vomitivum vitrioli.* 121
dosis est ʒj.

CAPUT VIII.

De salis ammoniaci præparationibus. ib.

ARTICULUS.

1. *Spiritus salis ammoniaci.* ib.
dosis a ℈ß. *ad* ℈j.
2. *Flores salis ammoniaci.* 122
Dosis est ℈ß.

CAPUT IX.

De arsenici præparationibus. 123

1. *Arsenicum fixatum.* ib.
2. *Magnes arsenicalis.* 124

CAP. X.

De sulphuris præparatione.

ARTICULUS

1. *Tinctura, balsama, & magisterium sulphuris, vide* 65
2. *Flores sulphuris.* 127
dosis est ℈j. *ad* ʒß.
3. *Oleum sulph. per campanam.* 128
Dosis à gutt. ij. *ad* vj.
4. *Spiritus sulphuris per destillationem.* 129
dosis aliquot guttæ.
5. *Balsamus sulphuris compositus anti-pestilentialis.* 130

CAPUT XI.

De tartari præparatione. ib.

ARTICULUS.

1. *Sal tartari.* ib.
Processus secundus. 131
dosis a gr. iij, *ad* xij.
2. *Oleum tartari per deliquium.* ib.
Dosis a gutt. vj. *ad* ʒß.
3. *Spiritus, & oleum tartari pe destillationem.* ib.
dosis aliquot guttæ.
4. *Sal tartari fixum.* 132
dosis est ℈ß.
5. *Sal volatile tartari.* 133
dosis aliquot guttæ.
6. *Spiritus tartari, & urinæ volatilis.* ib.
Dosis à gutt. iv. *ad* x.
7. *Spiritus tartari hydragogus.* 134
Dosis a gutt. v. *ad* xx.
8. *Cremor & chrystalli tartari.* 135
dosis a ℈ij *ad* ʒj.
9. *Tartarus vitriolatus.* 136
dosis a gr. vj. *ad* xv. *&* ℈j.
10. *Tartarus emeticus.* ib.
dosis a gr. iij. *ad* vi.
11. *Balsamum samech paracelsi.* 137
dosis salis a ℈ß. *ad* ℈i.
tinctura a ℈i. *ad* ʒß.

CAP. XII.

De oleis, aquis, & spiritibus ardentibus ex vegetabilium regno extrahendis. ib.

ARTICULUS

1. *Olea destillata.* 140
2. *Oleum ceræ, & omnium pinguedinum in genere.* ib.
3. *Oleum pinguedinis humanæ.* 141
4. *Olea per infusionem.* 142
5. *Oleum otalgicum.* ib.
6. *Oleum sarcaticum magistrale.* ib.

7. *Aqua*

7. *Aquæ simplices destillatæ.* ib.
8. *Aquæ stillatitiæ ex tempore.* 143
9. *Aqua composita destillata.* ib.
10. *Aqua benedicta Rulandi.* 144
dosis a ℥ij. *ad* ℥ß.
11. *Aqua vitæ aurea Rulandi.* ib.
12. *Aqua calcis Rulandi in ambustis.* 145
13. *Aqua regia.* ib.
14. *Aqua odontalgica Rulandi.* ib.
Processus secundus. 146
15. *Spiritus destillati.* ib.
16. *Spiritus cochleariæ compositus.* ib.
dosis a est ℥ß. *ad* ℥j.
17. *Spirit. ad omnes obstructionib.* 147

CAP. XIII.

De salibus ex vegetabilibus educendis. 148

ARTICULUS

1. *Sal lixivum, seu fixum plantarum.* 148
dosis a ℈ß. *ad* ℈j.
2. *Sal essentiale plantarum.* 149
Dosis ℈i.

CAP. XIV.

Modus generalis præparandi omnia balsama. ib.

ARTICULUS

1. *Balsama odorifera.* 150
Balsamum rutæ odoriferum. ib.
2. *Balsama vulneraria.* 151
3. *Balsamum Italicum.* ib.
Dosis instar nucis moschatæ.
4. *Balsama stillatitia.* 152
5. *Balsama mixta.* ib.

CAP. XV.

De resinarum præparatione. 153

ARTICULUS

1. *Resina jalappæ, scammonii, &c.* ib.
Dosis res. Jalap. à gr. iv. *ad* xij.
scammon. à gr. iij. *ad* viij.
agarici a gr. iv. *ad* x.
2. *Scammonium, seu diagridium correctum.* ib.
dosis a gr. iij. *ad* viij. *vel* xij.

CAP. XVI.

Aceta conficiendi modus. 154

ARTICULUS

1. *Acetum mellis, vel sacchari.* ib.

CAP. XVII.

Modus condiendi. 155

ARTICULUS.

1. *Condita amara.* 156
2. *Condita fragrantia.* ib.

CAP. XVIII.

Conservarum præparandi methodus. 157

ARTICULUS

1. *Conservæ vulgares.* ib.
2. *Conservæ, ex quibus syrupi, ut & vina medicata effici possunt.* ib

CAP. XIX.

Generalis ordo præparandi syropos, rob. & mellita. 158

ARTICULUS

1. *Syrupus odoriferorum.* ib.
2. *Syrupus odoriferorum, & aromatorum.* ib.
3. *Syrupus vegetabilium vulgarium.* 159

4. *Syrupus acidorum.* ib.
5. *Rob. mellita, & miva, vel gelatina.* ib.

CAP. XX.
Modus generalis præparandi pilulas, extracta, &c. 160

ARTICULUS
1. *Pilulæ ex pulveribus compositæ.* 161
2. *Pilulæ ex resinosis compositæ.*

CAP. XXI.
Trochiscos præparandi modus generalis. ib.

CAP. XXII.
Modus generalis unguenta & emplastra conficiendi. 162

CAP. XXIII.
Cadavera condiendi methodus. ib.

ARTICULUS
1. *Methodus prima.* 162
Methodus secunda. ib.
Methodus tertia. 163
2. *Conservatio viscerum.* ib.
3. *Mumia artificialis.* ib.
Tinctura mumialis. 164
dosis a gutt. XV. *ad* XXX.

CAP. XXIV.
Methodus præparandi furnos. ib.

ARTICULUS
1. *Lutum pro furnis.* ib.
2. *Furnus vitrificatus.* 165
3. *De furnorum structura.* ib.
4. *Furni minores.* 166
5. *Furni majores.* ib.
6. *Furni fusorii.* 167
F*urni destillatorii.* ib.
Furni digestionis. ib.
7. *Lutum pro fissuris vitri.* ib.
8. *Luta ad vasa sigillanda.* 168
9. *Lutum pro vasis loricandis.* ib.

FINIS.

PRAXIS CHYMIATRICA RATIONALIS, DEMONSTRANS,

Qua in re ſingularum partium conſiſtat operatio, per quam Cauſam tollatur, & per quænam Remedia (utpote CHYMICALIA vegetabilibus juſtâ methodô mixta) poſſit reſtitui.

Cum triplici INDICE, uno Capitum, altero Remediorum, tertio Simplicium, ad calcem adjecto.



LUGD. BATAV.
Apud JACOBUM MOCQUE, Ao. 1687.

PRAXEOS CHYMIATRICÆ.

CAPUT I.

De APOPLEXIA.

§. I, Definitio.



POPLEXIA est sopor plerumque subitaneus, in quo patiens etsi vehementer concussus & vellicatus, nec sentit, nec se movet, cum respiratione difficili,

§, 2. *Pars affecta* est cerebrum & præcipue principia ejus nervorum. *Pars affecta.*

§. 3. *Differentia* est duplex pituitosa vel sanguinea. *Differentia.*

§. 4. *Symptomata essentialia* sunt, 1. æger *subito* vel *sensim* concidit, 2. Motus & sensus est abolitio, 3. Restat sola respiratio sed valde difficilis, 4. Æger dormit profunde, imo stertit, & ad nullas voces, inclamationesque, ad nullas concussiones & vellicationes expergiscitur, 5. Membra flaccida sublata, suo pondere instar mortuorum, concidunt, 6. pulsus interim mediocris. *Symptomata ordinaria.*

§. 5. *Sanguinea* distinguitur à *pituitosa* seqùentibus symptomatibus, 1. in sanguinea pulsus est major & robustior, 2. vasa sanguinea magis turgent, & 3. rubor in facie apparet. *Sanguinea.*

§. 6. *Causa proxima* utroque in casu est principiornm cerebri nervorum obstructio. *Causa proxima.*

§. 7. *Causa antecedens* priori in casu est materia viscida & tenaci lympha inspissata: in posteriori autem est sauguis per apertionem vasorum in cerebro extravasatus, quæ duo, cum nervorum principia obstruunt, oritur Apoplexia. *Causa antecedens.*

§. 8. Ut tanto clarius horum phœnomenorum præternaturalium causas concipiamus, non inutile nobis videtur, 1. ut causarum functionum animalium corporis veram habeamus ideam; quem in finem *Functiones animales in statu cor-*

poris naturali, & quod spirituum animaliũ influxus necessarius fit.

finem eas mediantibus ſpiritibus animalibus perfici conſiderabimus, quoties videlicet, & quamdiu ſpiritus animales, eorumque organa bene ſunt diſpoſita. nam legitimam tam ſpirituum quam organorum diſpoſitionem, ſequitur in omnes noſtri corporis partes determinatus influxus, qui etiam (ſi omnia rite & ſecundum ordinem procedant) animæ ſubeſt, ut pro ſuâ voluntate particulares quaſdam actiones producat.

1. Ut muſculi ad motus ſuas peragendas inflentur.

§. 9. Quod totum negotium ex ſequentibus magis adhuc manifeſtum erit, nempe 1. ſpiritus animales per nervos in omnes muſculos motui dicatos in ſano & vigilante ſemper fluunt, qui, quamdiu in æquilibrio ſunt, quieſcunt, ſed æquilibriô hocce (vel per animæ voluntatem vel aliam ob cauſam) ſublatô, hoc eſt, cum in hunc muſculum plures influunt ſpiritus animales, quam in oppoſitum ſeu antagoniſtam, ſtatim turgeſcit & ex dilatatione ventris muſculi, canda accedit ad caput, in quo omnis voluntarius conſiſtit corporis motus.

2. Fiat, ut tubi nervorum ita diſtendantur, ut fibrillæ libre concuti queant.

§. 10. 2. Spiritus animales ſufficienti in quantitate per nervos fluentes, fibrillas eorum fidium inſtar extendunt; ut, ſi ab externis objectis præter conſuetudinem concutiantur, principium nervorum in cerebro eâ concuſſione eôdem momentô afficiatur, quam cum ſpiritibus in ventriculis cerebri exiſtentibus communicant, iisque mediantibus eam ad glandulam pinealem ſeu ſenſorium commune deferunt, quâ anima externarum rerum conſcia fit.

3. Ut in corde ſyſtole & dyaſtole fiat.

§. 11. 3. Spiritus quoque iſti fluunt in partes voluntariò motui non dicatas, ut in cor, pulmones, ventriculum, inteſtina &c. ita ut anima motum iſtum pro voluntate retardare vel penitus ſiſtere nequeat; attamen hoc cum aliis commune habent, quod per horum ſpirituum influxum dilatantur & anguſtantur, quô deſtinatas ſuas functiones melius perficiunt; præterea ſpiritus quidam per poros in cavitates ipſarum fluunt, quibus ſanguis melius in corde efferveſcit, per vaſa circulatur, fermenta magis ebulliunt, & humores melius in quibusdam partibus ſegregantur.

4. Ut fibræ partium ſatis patiant ad partes nutrientes recipiend.

§. 12. 4. Et ultimo, fibrillarum muſculorum, omniumque partium tubuli per huncce ſpirituum influxum ita pateſcunt, ut particulas nutritioni idoneas tanto melius recipere & transmittere queant.

§. 13. Ex

§. 13. Ex jam dictis facile constat, quanta sit spirituum animalium influxuum in omnes partes nostri corporis necessitas: Hi enim imminuti, imo penitus impediti, qualia non inferent symptomata! præsertim in apoplexia, in qua statuimus hunc influxum penitus vel prope penitus impediri vel a *materiâ viscidâ*; vel a *sanguine extravasato* principia nervorum obstruente vel comprimente. *Symptomatum explicatio, seu, functiones in statu læso.*

§. 14. Quoties enim nervorum principia ab hisce causis sunt obstructa aut compressa, ordinarius spirituum animalium influxus in musculos, voluntario motui dicatos, ita imminuitur & impeditur, ut illi *primo*, non sufficienter inflentur, sed flaccidi Iaceant, atque ita ad corpus in linea perpendiculari sustinendum inepti, quare necessario & æger & menbra concidere debent, quod vel *subito* vel *sensim* accidit, prout *subito* vel *sensim* spirituum animalium influxus impeditur. 1. *Quare æger & ejus membra concidunt*

§. 15. *Secundo*, anima quoque imperium suum amisit, spiritus animales in hunc magis quam oppositum determinandi musculum, idcirco non mirum *motus abolitionem* hic adesse. 2. *Motus abolitio unde.*

§. 16. *Tertio*, cum spiritus animales per nervos sufficienti in quantitate non fluunt, eorum fibrillæ non ita expandantur, ut motus ab externis objectis venientes ad sensorium commune deferri queant: sed ad majorem explanationem exemplo aliquo hoc probabo, si aurem uni extremitati fidis sufficienter expansæ apponas, & si ab altera extremitate fides concutiatur, statim istam concussionem inaudies: contra fiet, si fides flaccida & laxa sit. Eodem modô sese res cum nervorum fibrillis habet, quare fibrillis non satis distentis necessario sensus abolitio adesse debet. 3. *Sensus abolitio unde.*

§. 17. *Quarto*, quid mirum igitur, cum patiens tam altum stertit, ut clamoribus & vellicationibus non expergefiat, fibrillas flaccidas illud animæ repræsentare non posse. 4. *Quare æger vellicationibus non expergiscitur.*

§. 18. *Quinto*, ut vero patescat, cur patiens hoc in sopore stertat, de somno ejusque gradibus aliquid dicemus. 5. *De sopore, & primo.*

§. 19. *Somnus* naturalis non aliam ob causam nobis obtingit, quam propter imminutum spirituum animalium in musculos influxum propter vigiliam jam aliquamdiu continuatam & exercitia. Prout autem influxus spirituum animalium magis vel minus est imminutus, magis vel minus profunde partes dormiunt. *De somno naturali.*

& quare, qui profunde dormit, stertit. §. 20. Quod porro, qui altè & profundè dormit, stertat, est, quia partes tam oris, nasi, quam asperæ arteriæ propter defectum sufficientis spirituum influxus flaccidiores sunt factæ, & catharri viscidi circa laryngem hærescunt, quô via aëris inspirandi & expirandi angustior facta est, qui aër in latera arteriæ asperæ impingens, talem edit sonum, quem *ronchum* vocamus.

6. *De respiratione difficili, & pulsus mediocri, sed*

§. 21. *Sexto*, porro inquirendum, quo modo *respiratio*, quamquam difficilior, restat nihilominus. Et *pulsus* in *apoplexia pituitosa* imminutus, in *sanguinea* vero auctus sit?

1. *quare in hoc affectu respiratio superest, &*

§. 22. ad quorum explicationem dicimus, *primo*, quod respiratio supersit, est, quia nervi (respirationi dicati propter continuum spirituum influxum, quem à primordiis diu noctuque habent, ita patent, ut difficile obstrui queant, ideoque functiones ipsorum manent: attamen illa respiratio est difficilis, quia in respiratione diaphragma cum moveatur deorsum, viscera ipsi resistentia debet protrudi, ad quod aliqua vis requiritur, quod licet sani non sentiant, imminutis tamen spiritibus, hoc clare sentire possumus.

2. *quare pulsus adhuc mediocriter pulsat.*

§. 23. *Secundo*, quod pulsus adhuc sit mediocris, est, quia in apoplexia fermentationes cordis supersunt mediocres, imminitæ tamen in pituitosa, sed nimiæ in sanguinea: obstructio autem non est in notabilibus vasis sanguineis, sed in nervis, idcirco circulatio sanguinis manet, sed si apoplexia diu continiatur, circulatio sanguinis etiam abolitionis periculum incurret.

7. *Quare in sanguinea pulsus fortior sit, vasa turgent, & facies rubescit.*

§. 24. *Septimo*, quod in apoplexia sanguinea pulsus fortior sit, vasa sanguinea magis turgeant, & facies rubescat, fit, quia hæc tria à majori fermentatione & circulatione sanguinis dependent, nam sanguis nimiô suo motu pulsum celeriorem & frequentiorem reddit, vasa magis extendit, & sanguis ipse in externas capitis partes fertur, & vasa capillaria ingreditur, in quibus antea non, aut non tam copiosus erat.

Prognosis

§. 25. Apoplexia *sanguinea pituitosâ* periculosior & curatu difficilior est, quia sanguis quam primun extravasatur, statim ejus aquosæ & spirituosæ particulæ avolant & diffluunt, quæ reliquæ & terrestres sanguinis particulæ grumescunt, qui grumi difficile à se mutuo separantur, idcirco apoplexia *sanguinea*, præsertim si non cito curetur, lethalis est. Apoplexia *pituitosa* sæpius in *paralysin*

ralysin unius aut alterius partis aut *hemiplegiam* transit, ita ut Apoplexia affectus valde periculosus sit.

§. 26. Ut jam recte hujus tam gravis morbi curationem aggrediamur, ad ejus causas exacte attendere debemus, dum enim eæ differunt, diverse tractari oportet: si idcirco sanguis per suam acrimoniam capillaria cerebri vasa exederit, particulæ ejus acres corrigi & imminui, hoc est, figi & circumvolvi, atque magna illa sanguinis fermentatio retardari debet. si vero materia viscida peccet, attenuatio ac ejus evacuatio, & in utroque ablatio obstructionis nervorum fieri debet. *Indicationes.*

§. 27. Ut unicuique causæ per sua indicata satis faciamus, dicimus venæsectionem in Apoplexia *sanguinea* in brachio liberiorem esse instituendam, quâ illa vasorum turgescentia, fervor motusque sanguinis imminuatur, ut hoc pacto apertio vasorum angustetur, sanguinisque extravasatio sistatur. *Venæsectio in Apoplexia sanguinea, &*

§. 28. Contra in *pituitosa* non convenit nisi magna adsit intemperies, quæ cognoscitur ex diæta antea observata. Hoc in casu, si in pede venæ satis turgeant, ibi, quia in inferioribus partibus crassus & impurior sanguis est, Phlebotomiam mediocrem instituemus, eò fine, ut sanguis imminutus, propter majus spatium melius fermentari & medicamentis alterari, incidi & misceri possit. *quando in Apoplexia pituitosâ.*

§. 29. Sanguine imminuto, in *priori* casu, *fronti*, *temporibus* & *naribus* oxyrrhodina ex aceto rosf. aquâ rosf. in quo laudanum, sal saturni & camphora dissoluta sunt, facta imponantur, quò motum sanguinis imminuent, ut

Oxyrrhodinum refrigerans.

℞. *Aq. solani,*
rosar. an. ℥iij.
Aceti rosacei, ℥iß.
Salis saturni, *gr.* viij.
Laud. crudi, *vel*
Camphoræ, ℈ß.
M. F. oxyrrhodinum.

§. 30. *In posteriori* casu *tempora* & *nucha* cum fructu oleis stillatitiis multo sale volatili fœtis, ut,

Olea stillatitia multo sale volatili fœta,

Oleum Succini,
Cornu cervi,

Ungularum alces,
Lavendulæ,
Majoranæ.
& similibus illinantur.

§. 31. Ori caſtoreum imponatur.

§. 32. *Naribus* ſæpius balſamus apoplecticus, &
Sp. Salis ammoniaci generoſiſſimus,
Fuliginis rectificatus,

Spiritus ex partibus animalium eliciti.

Et in genere omnes ſpiritus ex animalium partibus eliciti, ut
Sp. Urinæ,
Sanguinis humani,
Cornu cervi,
& *ſimilium* adhibeantur.

Suffimentum.

§. 33. Suffimentum ex *ſuccino*
caſtorio,
aſſâ fœtida,
& ſimilibus, per infundibilium in nares aſcendens etiam conducit.

Frictiones capitis in ſanguinea nocent,

§. 34. Frictiones capitis in *ſanguinea* non ſunt adhibendæ, quia motum ſanguinis accelerant, & poros dilatant, idcirco eſſent cauſæ majoris ſanguinis extravaſationis.

Sed in pituitoſa proſunt.

§. 35. *Pituitoſæ* vero frictiones calidæ ex cephalicis proſunt propter dictas rationes, quia majorem materiæ peccanti motum adferint, & locum mutare faciunt.

Alti clamores etiam proſunt.

§. 36. Inſuper alti clamores, & præcipue nominis ipſius ægri maxime conducunt, quia materiæ, dum incipit moveri, adhuc majoren movendi & nervos aperiendi occaſionem adferunt.

Sternutatoria qualia prodeſſe poſſunt.

§. 37. Sternutatoria in *ſanguinea* mortem indubitate inferunt, quia ſanguis concuſſione illa cum impetu extravaſetur. Imo in *pituitoſa* ſternutatoria valde ſunt ſuſpecta, nam nocere poſſunt, quatenis materia peccans (etſi viſcida) valida iſta concuſſione ex arteriis in cerebrum exprimatur, quâ obſtructio adhuc major fieret, attamen in *pituitoſa* aliquo etiam modo prodeſſe poſſunt, ſi non fortioribus, quæ ſanguinem ex arteriis exprimunt, ſed levioribus, quæ tantum materiam ex cerebro evacuant, ut *tabacum* cum *ambra* & *moſcho ſem. nigellæ*, *pulv. roſ. rubrarum* &c.

§. 38. Quia patiens in principio hujus affectus non deglutire queat,

queat, auxilium ex clysteribus petendum est, qui in *sanguinea* ex emollientibus, flexilibus, oleosis, & refrigerantibus particulis constare debent, quibus acres & impetuosæ sanguinis particulæ involvuntur, edulcorentur, & sistantur nonnihil, ut

Clyster emolliens.

℞. *Rad. althææ*
lilior. albor. an ℥i.
Herb. malvæ,
bis malvæ,
parietariæ,
mercurialis,
brancæ ursinæ, aa. m. I.
Sem. lini,
fœnugræci, an. ʒij.
ficuum nº. iij.
Coq. in suff. quant. aq. pl. ad ℔i. *col. adde*
Elect. diaphœnici ℥i.
Olei camomill.
violacei, an. ℥i.
M. F. clyster emolliens.

§. 39. Contra in *pituitosa* ex acribus & subtilibus particulis constare debent, ut lympha crassior incidatur, educatur & obstructiones tollantur. Ut vero actio clysteris *acris* non inhibeatur, alvi fæces primo per lenem clysterem injiciendum eluere oportet.

Clyster pituitam incidens.

℞. *Ras. ligni guajaci,*
cort. ejusd. an. ʒij.
Ligni sassafras, ʒiß.
Rad. bryoniæ,
pyoniæ maris, an. ʒiß.
Herb. rosmarini,
betonicæ,
rutæ, an. mß.
Flor. lavendulæ,
chamomillæ, an. pij.
Sem. carthami,
dauci, an. ʒj.
Coq. in vini & aq. pl. p. æq. col. adde
elect. diacatholici,

hieræ

hieræ cum agarico,
Trachisc. alhandel in aq. vitæ matth. dissol. an. ℈iß.
Salis gemmæ ℈iv.
Sp. salis ammoniaci, ℈ij.
Olei rutacei ℥j.
M. F. clyster pituitam incidens.

Patiens excitatus, quid faciendum, §. 40. Quando patiens excitatus est, & jam deglutire potest, in *sanguineâ* usurpentur varia lacticinia, hordeata, & juscula ex animalium extremitatibus facta, nullo aut pauco sale condita, quibus gummi ammoniaci quippiam addere licet, quibus remediis, non solum acrimoniam sanguinis involvetur, sed etiam vascula disrupta per gummi viscositate consolidabuntur.

§. 41. in *pituitosa* vero pro materiæ tenacis incissione & attenuatione sequens præscribitur decoctum, aut huic simile

Decoctum pituitam incidens & attenuans.

℞. *Rad. chinæ,*
salsa parillæ, an. ℥ß.
enul. campanæ, ʒiij.
Lign. guajaci, cort. ejusd. an. ℥i.
sassafras ℥ß.
Cort. tamarisc.
rad. capparum an. ʒv.
Herb. Majoranæ, salviæ,
betonicæ, an. m. i.
Fol. lauri, m. i.
Flor. stechad. p. ij.
Sem. dauci, fœniculi, an. ʒiß.
Infundantur per xxiv. *horas in vini & aquæ simpl. an.* ℔ij. *addendo*
Rad. glycyrrhizæ ℥i.
Coq. simul s. a. in balneo bene clauso, col. adde
oxymell. scylit. ℥ii.
salis card. bened.
Sp. salis ammoniaci, an. ʒß.
M. F. decoctum incidens & attenuans.

Dosis hujus decocti est ℥iij, vel ℥iv. bis vel ter de die, vacuo ventriculo.

§. 42. Multum hic insuper detribuit mixtura de tribus, seu dra-

diaphoretici in paracutis paracelsi, conflatum ex *Mixtura de tribus.*

Sp: vitrioli volatili,
tartari rectificati, &
vini theriacalis camphorato.

§. 43. Non inferioris naturæ sunt *sales volatiles oleosi* & *aromatici*, quos nullo modo cedit *tinctura metallorum.* *Sal vol. oleosum & aromaticum & tinct. metall.*

§. 44. Purgatio in *sanguinea* & præcipue in initio non est adhibenda, ne propter vehementem sanguinis motum & effervescentiam plus sanguinis extravasaretur.

§. 45. In *pituitosa* vero non sufficit per decocta materiam viscidam incidere & attenuare, sed oportet etiam, ut corpore educatur, quod sequentibus purgantium formulis effici potest.

℞. *Extr. catholici*, *gr.* xv. *Pilulæ pituitam viscidam purgantes.*
Mercurii dulcis, *gr.* viij.
Trochisci alhand. gr. v.
Olei macis still. gutt. iij.
Salis volat. succini gr. v.
M. F. Pilulæ n^o. vij *pro dosi.*

vel ℞. *Extract. rosar.* ℈i. *Pilulæ purgantes.*
Mercur. vitæ per nitr. & sal. correcti gr. vi.
Olei lavendulæ, *gutt.* iv.
M. F: Pilulæ no. vi *pro dosi.*

vel ℞. *Castorei.* *Pilulæ purgantes.*
Salis arthemisiæ, *an. gr.* v.
Resinæ Ialappæ, *gr.* vi.
Aloes rosatæ, ℈ß.
Olei majoranæ, *gutt.* iij.
M: F: Pilulæ n^o vij *deaurentur.*

vel ℞. *Resinæ Ialappæ*, *gr.* vij. *Haustus purgans.*
scammoniæ, *gr.* iv.
Tartari vitriolati gr. x.
dissolvantur in vitel. ovi ut a. est, *adde*
Aq. menthæ, *majoranæ*,
lavendulæ, *q. s. ad form. Haustus*
Olei still. lavend. gutt. iij. *vel* iv.
M: F: haustus purgans.

Sudorifera in sanguinea non sunt adhibenda.

§. 46. In *sanguinea* sudorifera, uti purgantia non sunt utenda, propter rationes tam sæpius dictas, sed motus sanguinis potius sistatur per *camphoram*, *corallia rubra*, *terram sigillatam*, *saccharum saturni*, & alia, quibus acres simul sanguinis particulæ aut involvuntur, aut obtunduntur.

Sed in pituitosa.

§. 47. In *pituitosa* sudorifera, postquam materia peccans partim per decocta est attenuata, partim aliqua ejus pars per purgantia ex corpore educta, prosunt, ut ulterius materia incidatur, & obstructiones tollantur. Pro sudorifero sequens inserviet formula

Haustus sudorificus & incidens.

℞. *Reg. antimonii med. gr.* xv.
Bezoard. miner. gr. vi.
Croci optimi, ℈ß.
Castorei, *gr.* iv.
Salis card. bened. ℈ß.
M. F. pulvis pro dosi, *cum aq. cardial.* ut
Aq. menthæ,
majoranæ,
lavendulæ,
& *similibus*, *exhibendus.*

Bolus ad idem.

Vel ℞. *Theriac. venet.* ʒi.
Antimon. diaphor. Jovialis, *gr.* viij.
Salis card. bened. gr. xv.
volat. corn. cerv. gr. v.
M. F. Bolus pro Dosi.

Diæta in sanguinea & in pituitosa.

§. 48. In *sanguinea.* Aër sit temperatus: cibi facilis coctionis, non multum saliti, sed aliquo modo per *acida* alterati: Animi pathemata vehementia, & exercitia laboriosa vitentur.

§. 49. In *pituitosâ*, cibi sint etiam facilis digestionis, sed alibus incidentibus & aromaticis conditi, sint exercitia corporis moderata &c.

Cap. II.

DE PARALYSI.

§. I.

PARALYSIS est motus voluntarii, aut sensus, aut utriusque in toto corpore, vel in alia parte, abolitio. *Definitio.*

§. 2. *Paralysis* distinguitur 1. in *Paraplegiam*, in qua omnes sub capite partes resolvuntur, 2. in *Hemiplegiam*, quando alterutrius lateris partes omnes afficiuntur, 3. in *Apoplexiam* ipsam, nempe, quando omnes corporis partes affectæ sunt, de quo affectu in capite primo tractavimus. *Differentia, & pars affecta.*

§. 3. Haud raro contingit portionem materiæ viscosæ & tenacis seu sanguinis extravasati seu lymphæ inspissatæ post solutionem apoplexiæ pertinacius hunc vel illum obsidere nervum, seseque in cavitatem nervi insinuando ipsius orificium occludere, unde motus vel sensus, quandoque utriusque sequitur abolitio. *Causa,*

§. 4. Ut autem motus conservetur, oportet, ut cavitates nervi sufficienter pateant ad debitam spirituum animalium quantitatem deferendam. *Functiones corporis in statu naturali,*

§. 5. Sensus autem ut constent, oportet etiam ut fibrillæ, in cavitatibus nervi contentæ, tremulo queant concuti motu, eique motus ad cerebrum deferri, pro cujus diversitate *Anima* diversas habet perceptiones.

§. 6. Non mirum itaque est, quod obstructo nervo vel impediatur liber & sufficiens quantitas spirituum animalium ad menbra influxus, vel tremula suffocetur fibrillarum concussio, unde vel motus vel sensus vel utriusque sequitur abolitio. *Functiones in statu læso.*

§. 7. Quandoque prædicta hæc incommoda originem trahunt à nervo exterius tantum compresso à pituita viscida vel à quacumque causa nervum exterius comprimente, ita ut ipsius latera inter se coëant, quo & spirituum animalium influxus & tremulus intercipitur motus fibrillarum. *Causa hujus affectus exterius comprimens,*

§. 8. Conducunt in hoc affectu sudorifera, & purgantia, quæ præscripta sunt in apoplexia. *Curatio.*

§. 9. Exterius obstructionis solutio sollicitetur per *balsamà*, *balnea*, *fotus* & *similià*, ut *Obstructionis solutio.*

 ℞. *Gum-*

Balsamum.

℞. *Gumm. galban. in frustra dissect.* ℥ij.
Committantur retortæ vitreæ, iisque affunde
Olei terebinth. lucidi, ab ℥iv. ad vi.
Digerantur per xxiv *horas, destillantur ex arena ad siccitatem*
Balsami.

1. *Linimentum.*

Vel, ℞. *Unguenti martiati.*
nervini, an. q. p.
Olei terebint. lucidi,
C. C. rectif. a fœtore,
Salis vol. C. C. in prop. sp. diluti an. q. s.
Ad formam tenuioris linimenti.

2. *Linimentum.*

Vel, ℞. *Olei axung. humani, s. a. destill.* ℥ß.
ungt. nervini,
martiati, an. ℥i.
axung. cervinæ, q. s.
Ad formam linimenti.

Frictiones partium. §. 10. *Locus affectus* antequam balsamo illinatur, fricetur pannis *sp. tartari volatili* madefactis.

§. 11. Postmodum applicetur sequens Emplastrum

Emplastr.

℞. *Empl. vigonis de ranis cum 3. vel quadruplici,*
Mercurio.
Cerati de cumino, an. q. p. adde
Camphoræ pauxillum, &
Olei succini, s. q. malecentur.
M. F. emplastrum.

Sudores promovendæ. §. 12. Sudores promoveantur in stupa cum *sp. vini* ut a. e. in lue venerea.

§. 13. Vel membrum affectum exponatur vaporibus ex attenuantibus & incidentibus, ut

Vapor incidens & attenuans

℞. *Flor. salviæ,*
sambuci,
camomill.
stechados,
Herb. rosmarini,
melissæ,
menthæ,
majoranæ,

Coq.

Coq. in aceti & vini q. aq. vaporque adſcendens excipiatur à membro affecto, ſtragulis bene coaperto.

§. 14. Pro balneo conficiendo conducunt illa, quæ vim habent emolliendi & diſcutiendi, ut

Balneum emolliens & diſcutiens.

℞. *Herb. malvæ,*
bismalvæ,
Rad. althææ,
chamomill.
Bacc. juniperi, q. ſ. pro balneo vel an Mi.ß.
Coq. ut a. e. in aq. iiſque poſtmodum junge
ſalis nitri,
ammoniaci,
Sulphuris vivi q. ſ. pro balnei portione vel an. ℥i.

§. 15. Reſpiciendum ſemper in hoc caſu ad principia nervorum, ac proinde caput bene inungatur.

§. 16. *Tempora, nucha, nares* illinantur balſamis, ut dictum in Apoplexia.

§. 17. Proſunt inſuper ſuffimentum ex *ſuccino, maſtiche, aromatibus* & ſimilibus.

Cap. III.

De Epilepſia, ejuſque vertigine.

§. 1.

Epilepsia eſt inordinata totius corporis convulſio, cum mentis & ſenſuum pro tempore plærumque læſione. *Definitio.*

§. 2. Caput dolens eſt grave & vertiginoſum. pallet facies, extrema frigent trementque, meticuloſus æger atque triſtis. *Symptomata inſtantis paroxyſmi.*

§. 3. Subito interdum corruit. nunc quædam, nunc multæ convelluntur corporis partes. hic manus habet clauſas, ille in gyrum agitur. hic curſitat, ille ſedet. plerique actorum ſunt ignari. quidam vociferantur, aliis ſupervenit dentium ſtridor, ſtertor, ſpuma oris; urinæ, & fæcum aliquando involuntaria exeretio. *Symptomata ordinaria in paroxyſmo.*

§. 4. Cauſa *Epilepſiæ* eſt materia viſcida non ſolum à quibusdam particulis in majorem agitationem coacta, ſed etiam acrior facta. *Cauſa Epilepſiæ.*

Caput dolens & grave.

§. 5. Caput dolens & grave est, quia materia illa suâ tenacitate cerebri tubulos obstruit.

Vertigo in Epilepsia & ejus causa.

§. 6. Oritur vertigo in Epilepsia vel ab ipsis cerebri nostri poris angustatis, quia nervi ab illa materia viscida aliquo modo obstructi, & spiritus animales more solito crassiores & viscidiores facti sunt, vel à turbulento spirituum animalium motu, in quo portio spirituum animalium incidens in latera pororum angustatorum, reflectitur, & occurrens indirectum accidentibus secundum leges motus intorquetur in gyrum, quippe illa lex perpetua est Physices, quod corpora mota se mutuo disponant in eo situ, in quo sibi mutuo minime sunt impedimento, hoc est corpora mota diversis determinationibus motus concitata, torquentur in gyrum, quod vel fit, ut dictum est, propter angustiam pororum cerebri, vel ab inordinato & turbulento spirituum animalium motu.

Facies pallens unde.

§. 7. Facies pallet, quia sanguis crassior & viscosior non in externas capitis partes fertur, nec in vasa capillaria ingreditur.

Extrema frigent, tremontq; unde,

§. 8. Extrema frigent trementque, nam crassus ille sanguis non rite in corde fermentatus, nec bene attenuatus, dum per vasa fluit multas adhuc subtiles particulas amittit, ut adeo ad extrema non nisi sanguis valde crassus & frigidus veniat, qui talem motum extremis partibus impertit, qui externæ aëris frigori resistere non poterat, quo mens necessario debeat affici frigoris sensatione: & cum in eodem sanguine spiritus sint pauci, qui per obstructos nervos non possunt musculos constanter implere, hinc eorundem tremorem producnnt.

Timidi atque tristes ægri.

§. 9. Ægri nonnunquam timidi sunt & tristes, quia spiritus animales eorum viscidi, & torpidi conscientiam faciunt propriæ debilitatis ad parandam defensionem contra mala futura, unde ergo immediate passiones tristitiæ & timoris debent procedere.

Causa convulsionum partium.

§. 10. Quod si insuper accidat, spiritus animales à nativa sua temperie degenerare in acrimoniam salinam. nervi insuetâ acrimoniâ vellicati interducunt involuntarium, vehementem & inordinatum spirituum animalium in menbra influxum, convulsionesque pro majori vel minori acrimoniâ excitantur majores vel minores.

Vomitoriorum effectuum causa.

§. 11. Minimæ enim nervorum vellicationes ad cerebrum delatæ intro-

introducunt inordinatos ſpirituum animalium influxus, quod patet in vomitoriis antimonialibus, præcipue etiam mercurialibus, quorum effluvia ſalina cum inimico motu vellicant menbranas ventriculi, illico ſequitur vehemens influxus ſpirituum animalium in fibras ventriculi oblique adſcendentes, motuque convulſivô afficitur ventriculus, quæ effluvia inſuper delata ad orificia ductus pancreatici & cholodochi motu inimico illa vellicantes extorquent per formam ſpasmi fermenta in iis contenta, eodemque ingrato motu afficientia menbranas inteſtinorum promovent motum periſtalticum vel invertunt.

§. 12. Procidunt autem & præcipites ruunt epileptici propter denegatum ſpirituum animalium influxum in muſculos ſuſtentationi corporis dicatos. *Subito corruit unde.*

§. 13. Cum enim vertuntur in gyrum, nec ſua ſponte nec per imperium animæ determinantur in principia nervorum ad muſculos ſufficienter inflandos.

§. 14. Et propter confuſum ſpirituum animalium motum non niſi confuſiſſima cerebro noſtro imprimuntur veſtigia, quapropter non mirum eſt poſt paroxyſmum ſedatum, animam illorum non habere memoriam, quæ in ipſo paroxyſmo contigere. *Plerique actorum ſunt ignari.*

§. 15. In ipſo paroxiſmo, quantum fieri poteſt, habeatur ratio, ut os manetur apertum, ut ſaliva liberum habeat exitum; ut menbra convulſa in ſtatum naturalem reducantur, ut eo, quantum fieri poteſt, præcaviatur inordinatus ſpirituum animalium influxus; *Curatio in ipſo paroxyſmo.*

§. 16. Omni curâ tenteter ut æger ad ſe redeat, movendo naribus *Spiritus multo ſale vol. fœti.*

Spiritum ſalis ammoniaci generoſiſſimum, vel
fuliginis, vel
cerebri humani,

§ 17. *Orique* gutta una aut altera horum ſpirituum immittatur.

§. 18. Clamoribus, vellicationibusque infeſtetur æger.

§. 19. in *nares* infletur ſequens ſternutatorium. *Sternutatorium.*

℞. *Pulv. caulium tabaci*, ℨj.
ſem. nigellæ,
rad. hellebori nigri, *an.* ℈j.
fol. majoranæ,

roſmari-

rosmarini,
salviæ, *an.* ℥ß.
olei stillat. lavend. gutt. v.
moschi, *gr.* x.
M. F. sternutatorium.

§. 20. *Tempora* & nares illinantur oleo succini.

Pori cerebri angustati apertio, per Sales volatiles, &

§. 21. Pori cerebri si sint angustati, ita ut debitam spirituum animalium quantitatem transmittere non valeant; illarum reserratio sollicitetur per volatilia incidentia & attenuantia, utpote per
Sales volatiles corni cervi,
sanguinis humani
Spiritus salis ammoniac.
Vide mixturam diaphoreticam in Apoplexia.

Metalla fixa.

§. 22. Itidem hoc tentetur per mineralia & metalla fixa.

§. 23. Utpote per *folia* & *crocum solis*,
lunæ,
Mercurium diaphoreticum,
Reg. antimon. medicalem,
Tincturam veneris,
Arcanum cinnaberis nativæ.

Acrimonia Sp. tollatur per blanda olea.

§. 24. Acrimonia spirituum animalium tollitur vel exhibendo illa, quæ blando oleo suo salium acutos angulos involvunt uti hoc chymici demonstrant in confectione sp. salis & nitri dulcis, in quo alcohol vini tenuissimo suo oleo involvit, Et se circumdat circum angulos acutos salium acidorum; quod insuper clarissimum est in sp. salis ammoniaci & alcohol vini subtilissimo, simul mixtis & sublimatis, concrescunt simul in formam nivis, nihilque hic aliud contingit, quam intima olei vini & salis volatilis alkalisi urinosi unio.

Acrimonia salium enervatio, per contrarios sales.

§. 25. Enervatur insuper acrimonia salium, fermentando sales per contrarios sales: Ita enim acidum enervatur per alkali & contra; sic *oleum vitrioli* ex reactione salis alkalisi fixi tartari redigitur ad statum temperatissimum: sic sales volatiles urinosi renuntiant suæ mordacitati, si fermententur cum acido *vitrioli*, *salis*, *nitri*, *similiumve*.

Insuper per

§. 26. Enervantur insuper sales præsertim acidi ipsi offerendo testatia quævis & terrestria, quæ rodendo anguli illorum acuti obtunduntur, ut *coral-*

Corallia, *Testatia & terrestria, & per*
Perlæ,
Oculi cancri præparati,
Terra sigillata,
lemnia,

§. 27. Itidem metalla & mineralia fixa, ut *Metalla fixa.*
Ferrum, vel
Limatura ipsius,
Lapis hæmatites,
Antimonium diaphoreticum,
Bezoardicum minerale,
Reg. Antimonii medicinalis,
& similia.

§. 28. Sales autem muriatici potissimnm enervantur per acida, ut *Sales muriatici per acida vol.*
Oleum sulphuris per campanam,
Sp. vitrioli,
nitri.

§. 29. Inordinatus spirituum animalium motus sedatur & compessitur per opiata cum sudoriferis mixta, utpote *Sp. motus inordinatus per opiata.*
Tinctura opii cum sale tartari elaborata, quæ vices sublere poterit omnium opiatorum.
laudatur insuper *tinctura vitrioli anodina angli sale*, vide autorem in anatomia sua vitrioli, tractatu primo.

§. 30. Quod si epilepsia recens fuerit & medicus judicaverit ipsam esse sympathicam, sequens præscribi fæliciter poterit vomitorium. *Si epilepsia recens, quid faciendum.*

℞. *Vitri antimonii cum nitro correcti*, *a. gr.* x. *ad* xv. vel *Vomitorium.*
Croci metallor. vel
Vitri antimonii debitam dosin à gr. v. *ad* viij.
Infundantur in s. q. vini gallici generosi per noctem mane filtretur, *col. adde*
Syr. violar. ℥ß.
Olei sulphuris per camp. q. s. ad gr. aciditatem,
Aq. cinamom. ad gratiam,
M. F. vomitorium, quod uti est gratissimi saporis, ita est fæliciter absque ullo periculo operationem suam absolvit.

Si vitium est in poris cerebri angustatis

§. 31. Vitium si hæreat in ipsis cerebri poris angustatis, conducunt omnes sales mere alkalisi volatiles, utpote

Sal. vol. C. cervi,
eboris,
& similes.

Sales volatiles oleosi & aromatici.

§ 32. Quod si vero medicus sollicitus sit de horum salium nimia acrimonia, illos temperet oleis blandioribus, ut

Ol. menthæ,
majoranæ,
lavendulæ,
thymni,
& similium, unde resurgens sales volatiles oleosi & aromatici.

Tinctura succini cum sale vol. ammoniaci elaborata non inferiores hic obtinet sedes.

Uti & *tinctura veneris* ex ipsius *cryſtallis cum sale ammoniaci* extracta.

Tinctura metallorum paginam absolvit.

Pro specificis exhibent practici *arcanum antimonii nativi*.

Uti & *cineres corvi* ad nigredinem calcinatos inter duas ollas occlusas a. ʒi. ad ʒij.

Si sp. peccent in motu turbulento.

§ 33. Quod si ipsi spiritus peccent & in motu turbulento & in acrimonia, proderunt sudorifera mixta cum blandis anodinis, ut

Haustus sudorificus & anodinus.

℞. *Confect. de hyacint.* ℈j.
Diascord. fracc. ℈ij.
Mercurii diaphor. jovialis, *gr.* vj.
Dissolv. in s. q. aq. melissæ,
rosmarini, *an.* ℥j. adde
Tinct. opii cum sale tartari præparata cochl. ß.
M. F. haustus.

Bolus sudorificus & anodinus,

Vel ℞. *Confect. de hyacint.* ℈ij.
Diascord. fracc. ℈j.
Reg. antimonii med. gr. xv.
Arcani antim nativi gr. v.
Salis card. bened. gr. x.
M. F. *bolus.*

vel ℞.

vel ℞. *Tinct. opii cum sale tartari præparatæ à cochl.* j. *ad* ij. *Haustus sudorificus & anodinus.*
Reg. antimonii med. gr. xv.
Croci optimi, gr. iv.
Confect. de hyacint. ℈i ß.
Dissolv. in s. q. vini gallici, vel
aq. menthæ, melissæ,
majoranæ,
lavend.
& similium.
M. F. haustus.

Et conducit hæc formula præsertim propter tincturam opii majori capiâ additam, ubi epilepsia Judicatur esse sympathica, originem trahens ex fermentis vitiatis maligne inter se effervescentibus.

§. 34. NB: Chynenses in curanda epilepsia utuntur inustione moxæ. *Inustio moxæ.*

§ 35. Conveniunt insuper decocta & sudorifera incidentia & attenuantia, quorum formam vide in apoplexia. *Decocta, & sudorifera.*

Cap. IV.

De Lethargo seu veterno.

§. I.

LETHARGUS est sopor, à quô æger excitatus oculos aperit, & ad interrogata respondet, sed statim in profundum somnum relabitur, & delirio, rerum omnium oblivione, ac febre lentâ continuâ comitatus. *Lethargus quid*

§. 2. Distinguitur *Lethargus* à cæteris omnibus affectibus soporosis præsertim rerum oblivione, & febre continuâ. *Distinguitur ab aliis affectibus soporosis.*

§. 3. Homo vigilans ut munia sua recte exequatur, requiritur ut in cerebro sufficiens sit quantitas spirituum animalium motu satis celeri agitatorum, quorum beneficio cerebrum ita distentum retineri queat, ut spiritibus animalibus liber conducatur influxus in principia nervorum, utque motus ab externis objectis organis nostri cotporis impressi per motum fibrillarum nervorum ad cerebrum deferri queant, spiritibusque animalibus ut et sensorio communi communicari valeant. *Functiones corporis in statu naturali, seu quid requiritnr, ut homo vigilet.*

 §. 4. Se-

Causa soporis & somni. §. 4. Secus enim vel à pauperie seu defectu spirituum animalium, vel ab illorum motu suffocato, vel ab oppressione à materia viscida & tenaci, si cerebrum satis distendi nequeant, illud concidet & collabitur, oriturque sopor, qui tamdiu durat, donec spiritibus animalibus regeneratis, vel illarum motu restituto, vel materia tenaci & viscosa, cerebrum de novo sufficienter distendi queat.

Functiones corporis in statu laeso. §. 5. Hæc prænumerata incommoda si cerebrum præter naturam affecerint, oritur vehemens ad somnum inclinatio seu propensio, patiensque continuo obruitur sopore, quæ si cum febre conjuncta sit vocatur *Lethargus*, ortus ex oppressione cerebri à materia viscosa, crassa & tenaci continuo cerebrum opprimente, fluxumque spirituum animalium liberum in nervos impediente, & cum sanguine maligne fermentante.

Curatio I. Suffimigium. §. 6. Cui malo obviam itur, ægrum excitando per vellicationes, clamores, per suffimigia acria naribus offerendo, ut

Spiritum salis ammoniaci cum calce viva præparatum,
Castorium cum rutâ, aceto ros. irrorata.

Æger, excitatus, quid faciendum. §. 7. Quibus si æger ad paululum ad se rediat, omni studio à somno retineatur, ne per continuam cerebri depressionem vel suffocetur æger vel paralyticus evadet, utque patiens sui memor & mentis compos medicamenta deglutiri queat, quantocius itaque fieri potest materia pituita, viscosa incidenda & attenuanda, postmodumque evacuanda venit.

Sales volatiles alkalisi. Quod fiet præcipie per sales volatiles alkalicos, ut

Sal. C. cervi,
urinæ,
Sp. salis ammoniaci in formam mixturæ redactos, quorum formas vide in Apoplexia & Epilepsia.

Opiata sunt vitenda. §. 8. Vitentur hic omnia opiata.

Specificum. §. 9. Confert hic *castorium cum speciebus dianthos, diaderabatis aromaticis rosati & diambræ* exhibitum, ut

℞. *Specierum prædict.* &
Castorei an. ℈iß.
Dividantur in quatuor doses.

Cucupha. §. 10. Cæterum *caput* muniatur cucupha aromatica.

Balsama. §. 11. *Tempora* & *nares* illinantur

Oleo

Oleo succini,

Balsamis ant'apoplexticis, cujus formulam vide in Apoplexia.

§. 12. Fumigetur cum *succino* & *aromatibus*. 2. *Suffimigium.*

§. 13. Materia vero peccans educatur partim per *clysteres* repititos, cujus formulam vide in Apoplexia.

Partim per *purgantia* per os exhibita, ut

℞. *Diagridi*, *gr.* viij. *Pilulæ purgantes*
Mercurii dulcis, *gr.* x.
Trochisc. alhand. gr. iij.
Castorei, *gr.* vj.
M. F. cum s. q. syr. de stechade, *pilulæ no.* v.

Vel æger purgetur cum *Mercurio vitæ correcto*, cujus formulam vide in Epilepsia, 1. *Purgans.*

vel, ℞. *Extract. cathol. gr.* xv. *Pilulæ purgantes*
Mercurii dulcis, *gr.* x.
Trochisc. alhandel gr. iv.
Salis vol. succini, ℈ß.
M. F. pilulæ no. vij.

Convenit hic specifice purgans *Lunæ* seu *hydragogæ angli sale a. gr.* iv. *ad* vj., cujus scriptionem vide in recensionis pagurica septem planetarum terrestrium prædicti autoris. 2. *Purgans*

§. 14. Convenient hic insuper *decocta*, *sudorifera* incidentia & attenuantia, cujus formam vide in Apoplexia. *Decocta. Sudorifera.*

CAP. V.

De Catalepsi seu Catocho.

§. I.

CATALEPSIS, sive CATOCHUS, est omnis animalis functionis, exceptâ respiratione, talis abolitio, in quâ ægri, citra ullius rei conscientiam, eum corporis habitum servant, in quô erant, cum istô affectu corriperentur. *Catalepsis quid*

§. 2. Distinguitur *Catalepsis* ab *Apoplexiâ*, *Convulsione*, & *Epilepsia*, quia ægri in omnibus istis affectibus, si steterint vel sederint, quando ipsis corripiuntur, mox concidunt; cujus contrarium *In quibus differat ab apoplexiâ, convul-*

sione & epilepsiâ. trarium evenit *Catalepticis*, quos testatur experientia permanere rigidos in eo statu, & situ, in quo erant, quando mirabili hôc affectu corripiebantur ac prehendebantur.

Ejus causa. §. 3. Causa catalepsis antecedens, & proxima est materia viscida, quæ glandulæ pinealis poros & tubulos obstruit.

Functiones naturales, & 1. *De motu musculorum.* §. 4. Ut pro re nata menbra corporis nostri diversimode moveri, functionesque suos exercere queant, legitimus requiritur spirituum animalium in musculos certis quibusdam motibus influxus, qui in cerebro determinari solet a certâ quâdam dispositione & situ sensorii communis, seu glandulæ pinealis.

2. *De musculorum quiete.* §. 5. Prout enim hæc in situ suo variat & mutatur, eatenus etiam spiritus animales in glandulam pinealem impingentes in hunc vel illum determinantur nervum, ac proinde eodem situ glandula pineali permanente, sequitur continuus & idem spirituum animalium in certos nervos influxus, servantque menbra eundem situm, ad quem per primum spirituum animalium influxum erant determinata.

3. *Quando menbra incipiunt moveri* §. 6. Quod si vero situs glandulæ pinealis subito mutetur non potest non, quin spiritus animales immutatum situm glandulæ pinealis incidentes ad alia nervorum principia determinentur, aliumque situm menbrorum nostri corporis inducantur.

4. *Et quando hoc naturaliter fit.* §. 7. Hæc cum regulariter fiunt, ut pro voluntate mentis nostræ vel à motu spirituum animalium glandula pinealis diversimode in suo situ mutari queat, spiritus animales in hos vel illos determinantur musculos motibus inservientes, quos intentit mens nostra, vel qui secundum constructionem cerebri vel consuetudinem ex motu spirituum animalium sequi debent vel solent.

Functiones læsæ, & earum explicatio per causas. §. 8. Quod si contingat glandulam pinealem seu sensorium commune obsidere humore quodam crasso & viscoso, quo vividus spirituum animalium impulsus impeditur, hebescet mens nostra, neque motus ab externis venientes percipiet, neque ipsa pro sua voluntate hos vel illos producere poterit motus, remanebitque ille situs sensorii communis, quem servabat sensorium commune antequam hoc malo immediate corripiebatur, vocaturque morbus *Catochus* seu *Catalepsis*, & quoniam in hoc affectu solummodo afficitur cerebrum secundum sensorium commune, & nervis & spiritibus animalibus satis se bene habentibus, sequitur, quod si

ſi vero à vehementiori motu externo ſpiritus animales in alios muſculos determinari queant, corpus illum ſitum ſervaturum, in quo per motus externos vehementiores diſponitur.

§ 9. Omni ſtudio labarandum ut per clamores, vellicationes, odores fortes ex ſalibus volatilibus, materia illa craſſa & viſcoſa ſenſorium commune obſidens diſcutiatur, ut æger paululum ad ſe rediens commodis medicamentis reſtitui queat, quem in finem ad diſcutionem materiæ peccantis confert ſequens ſternutatorium. *Curatio quî peragenda.*

℞. *Rad. hellebori albi*, ℈i.ſ. *Sternutatorium.*
Fol. major. nob. ℈i.
Flor. lilior. cumvall.
Rad. pyretri, *an.* ℈.ſ.
Piperis nigri,
Caſtorei, *an. gr.* v.
M. F. ſternutatorium.

§. 10. *Caput* foveatur ſequenti fomento,

℞. *Herb. majoranæ*, *thymi*, *Fotus incidens & attenuans.*
roſmarini, *calamenthæ*,
Fol. lauri,
Flor. camomill.,
Sem. fœnicul, *cumini ana* ℥ij.
Coq. ex vino, quo cum decocto caput foveatur.

§. 11. *Caput* inſuper muniatur ſequenti *Cucupha* aromatica

℞. *Fol. roſmarini*, *ſalviæ* *Cucupha aromatica.*
majoranæ,
Flor roſ. rubrar. an. pij.
Nucis muſchatæ, *cariophyll.*,
Gum. maſtichis, *olibani*,
Bezoın. an. ℈j.
Olei cariophyll. gutt. iij. *vel* iv.
M. F. ſpecies pro cucupha.

§. 12. Fumigetur æger *maſtiche*, *ſuccino*, *cariophyll*, *bacc. juniperis* & ſimilium. *Suffimentum.*

§. 13. *Sudorifera & purgantia* eadem ſunt, quæ in Apoplexia. *Sudorifera, & purgãtia.*

§. 14. Specifice hic conducit uſus *ſalium volatilium ſimplicium & aromaticorum.* *Sales vol. oleoſi & aromatici.*

C A P.

Cap. VI.

De Comate Somnolento, & Incubo.

§. I.

Coma somnolentum quid COMA SOMNOLENTUM seu CATAPHORA est sopor sive inexpugnabilis ad somnum propensio, eaque profundo & gravi somno comitata, in quâ æger excitatus oculos aperit, & ad interrogata quidem respondet, sed statim in profundum somnum relabitur.

Ut homo vigilans maneat, quid requiritur. §. 2. Sanguis noster rite in cordis thalamis fermentatus, per truncum arteriæ magnæ adscendentem ad cerebrum delatus, in naturali dispositione nostri corporis sufficientem illic deponit spirituum animalium copiam, quorum beneficio cerebrum distendi & expandi valet, ut homo vigilans munia sua obire queat.

Cerebrum enim cum spiritibus animalibus sufficienter distentum est, orificia nervorum amplis satis patent ad spiritus animales excipiendos.

Functiones læsæ, earumque causa. §. 3. Quod si vero vel ex defectu spirituum vel eorundem torpore, vel propter viarum obstructionem pauci deferantur spiritus ad cerebrum, & languescet spirituum animalium in nervos influxus, quod quandoque à nimia usu sulphuriorum & narcoticorum vias plexus chorodei & retis mirabilis infarcientium evenire testatur experientia, ut in *opio*, *hyoscyamo*, *mandragora*, *spiritus vini* abusu, & similibus.

Hoc itaque in casu in somnum explebili fertur inclinatione æger, duratque hic morbus, donec obstructiones solutæ vel spiritibus animalibus copiosius generatis vel illorum motu restituto, cerebrum sufficienter expandi queat, orificiaque nervorum satis patula servari queant, ut pro re nata spiritibus animalibus liber concedatur influxus.

Curatio quibus remediis peragenda §. 4. Hoc in casu in auxilium vocanda omnia illa, quæ vel spiritus animales copiosius generare vel vias reserare, vel motum spiritibus restituere valent, quod commode expectabitur à *salibus volatilibus simplicibus & aromaticis*.

Vinum catharticũ. § 5. Conducit hic etiam *vinum catharticum rulandi*.

§. 6. Vel

§. 6. Vel purgans, *1. Haustus purgans.*

℞. *Ref. jalapp. gr.* viij.
scammon. gr. iij.
Dissolvantur in vitello ovi adde.
Tartari vitriolati, ℈ß.
Aq. menthæ,
majoran. an. q. s. ad formam haustus,
Olei lavendulæ gutt. iij.
M. F. haustus.

§. 7. Cætera *purgantia* & *sudorifera* vide in lethargo & apoplexia. *Purgantia & sudorifera.*

CAP. VII.

De Comate Vigili.

§. I.

COMA VIGIL est magna in somnium proclivitas, cum dormiendi impotentia conjuncta. *Definitio.*

§. 2. Quod si vero contingat spiritus animales turbido concitari motu, ubi cerebrum ab obstructione viarum continuo considere conatur, orietur quidem inexplebele dormiendi desiderium, sed propter inconditos spirituum animalium motus hinc satisfieri nequit, cujus exempla quandoque observare licet in illis, qui nimio potus ingurgitarunt: in his enim cum exigui ductus plexus chorodei vel retis mirabilis à nimio potu infarciuntur & angustantur cerebrum quidem gravatum considere nititur, sed propter turbulentum spirituum animalium motum se ad somnum componere nequeunt, & licet gravi torquiuntur somniandi desiderio, tamen vigilare coguntur. *Symptomata, eorumque explicatio per causas,*

§. 3. Molestissimus hic ægris solet esse affectus, & medico prudenti incombit diligenter inquirere, utrumne hic affectus sit vel ab obstructione vel ex defectu & torporis spirituum animalium, vel ab eorundem oppressione, vel illa dependeat ab animi pathematibus, ægrum excruciantibus. *Causa hujus affectus peracte cognoscenda.*

§. 4. Obstructiones tollantur primo hoc tentando per *Clysteres*, ut *Obstructionum curatio.*

℞. *Decocti emoll. ac flatus discutientis,* ℥viij.
Elect. hieræ de pica galeni,
catholici. an. ℥i.

D *Olei*

Clyster emolliens & discutiens.

Olei rutacei, ℥i ſs.
Trochiſc. albandal. in ſp. vini diſſoluti, ℈i.
Salis gemmæ, ʒi.
M. F. clyſter emolliens & diſcutiens.

Hauſtus purgans.

vel purgans ℞. *Specier. diaturbit.* ℈i.
Reſ. agarici, gr. iv.
Mercurii dulcis, *gr.* viij.
Olei carui, gutt. iv.
M. F. pulvis ex *aq. menthæ*, *majoranæ ſ. q.* ſumendus.

Sudorifera ex mineralibus hic utenda.

§. 5. Sudoriferorum fixorum mineralium ſc. & metallorum uſus hic inſignis eſt, quippe materiam peccantem diſcutiunt absque perturbatione ſpirituum animalium, quod vegetabilibus ſudoriferis haud conceſſunt.

Pulvis ſudorificus.

℞. *Bezoard miner. gr.* xij.
Ocul. cancri. ppt. gr. x.
Corall. rubri, gr. viij.
Croci optim. gr. vi.
Tartari vitriolati gr. v.
Fol. lunæ, No. iv.
M. F. pulvis pro ſudorifero.

Bolus ſudorificus.

vel ℞. *Reg. antimonii med. gr.* xv.
Bezoard. min. gr. viij.
Croci optimi, gr. vi.
Confect. de hyacint. ℈ij.
Olei lavend. gutt iij.
M. F. bolus pro ſudorifero.

Motus ſpirituum animaliũ inordinatus iminuendus.

§. 6. Quod ſi vero major ratio habenda ſit ſpirituum animalium inordinato ſuo motu peccantium, omni ſtudio medicus hos ſpirituum animalium motus componere tentet per blandiſſima anodina, quæ tamen ita per artem debent eſſe correcta, ne lentore ſuo poros cerebri nimium obſtruendo vel ſpirituum animalium motum obviſcando in contrarium præcipitent ægrum ſc. in coma ſomnolentum vel lethargum.

Præparatio opii.

§. 7. Inter præparationes opii præ cæteris hic præferenda, quæ cum ſalibus alkalicis fixis vel volatilibus perficitur, ordinario anodina ſudoriferis miſcent practici, cujus formulas itidem videre poteris in capite de epilepſia.

Cap. VIII.
De Incubo.

§. I.

INCUBUS est depravata imaginatio, quâ dormientes suspicantur sibi ab incumbente aliquô asperam arteriam premi, & spiritum præcludi, & ad venerem interdum sollicitari vel cogi. *Incubus quid*

§. 2. Quandoque contingit principia nervorum obsideri ab halitibus crassiusculis & pro tempore denegant sufficientem spirituum animalium in organa influxum, eoque in casu æger oppressiones patitur molestissimas, ut quandoque suffocari sibi imaginetur, prout nervi respiratorii aliive magis vel minus afficiuntur, sed cum halitus illi pertinaces non sunt, hinc æger se vertendo & movendo facile discutiuntur & ab affectu hoc molestissimo liberatur patiens, venitque hic affectus sub nomine *incubi* seu *subcubi*, quod si sæpius recurrat, metusque sit, ne halitus isti pertinaciores etiam morborum soporosorum autores evadunt. *Ejus causa.*

§. 3. Causa hujus affectus potest etiam esse vapor crassus in abdomine contentus, qui etiam in abdominis musculis latere potest.

§. 4. Auxilium petatur ex *Clysteribus*, *Purgantibus*, & *sudoriferis* enumeratis. *Curatio.*

§ 5. In diæta vitentur omnia, quæ crassum minusque fermentatum sanguinem generare valeant, itemque sanguini turbulentum conciliant motum. *Diæta.*

Cap. IX.
De Phrenitide & Delirio.

§. I.

PHRENITIS est delirium sive perpetua Judicii depravatio, cum febri continuâ, acutâ, & gravi, sæpe etiam cum excandescentiâ. *Phrenitis quid*

§. 2. Distinguitur hic affectus à *Mania*, quod huic adsit continua febris, maniæ vero nulla: à *Paraphrenitide*, quod delirium sive Iudicii depravatio in paraphenitide sit intermittens, nec febris *Distinguitur à maniâ, paraphrenitidê,*

melancholiâ, & hydrophobiâ. bris tam acuta aut gravis, & interdum intermittens: à *Melancholiâ*, quod febre careat, & adsit metus, & tristita continua sine evidenti causâ: ab *Hydrophobia*, quod ægri lucem, & quævis clara ac splendida fugiant, aquam metuant, & ad ejus conspectum & commemorationem contremiscant.

Delirii & phreniti-dis causa. §. 3. *Causa proxima* sive *continens* phrenitidis & delirii est inflammatio meningum vel cerebri substantiæ, irregularem spirituum animalium motum in rerum vestigia cerebro impressa, producens.

Corpus ab anima, & animam à corpore affici, probatur §. 4. Animam nostram ita arcte unitam esse cum corpore nostro, ut ab eo patiatur, corpusque etiam imperio mentis subesse, neminem credo inficias futurum, qui distincte actiones corporis, & voluntatem mentis, motusque ex hac voluntate sequentes consideravit.

1. exemplo visionis, §. 5. Non enim, ut exemplo aliquo utar, visio fit in ipso oculo, utcumque rerum imagines curiose in fundo oculi depingantur: nervo enim optico obstructo, ut radiorum ictus ad cerebrum deferri nequant, frustra imaginum repræsentationem menti nostræ expectaveris, uti hoc apparet in gutta serena.

2. auditus, §. 6. Obstructo nervo auditorio, tremulus aëris motus ad cerebrum non defertur, & mens nostra non Iudicat de auditu.

3. olfactus. §. 7. Nervis odoratoriis pituitoso catharro infestatis, obviscatur vel tollitur odoratus, ac proinde si animæ nostræ in cerebro operationes suas exercenti, non communicentur motus ab objectis externis venientes, de iisdem judicium non fert.

& quando functiones hacce naturales fiunt. §. 8. Verum si organis bene sint dispositis, motus ab objectis externis venientes nervis nostris satis vivide imprimantur, spiritibus animalibus communicentur, pro diversitate motuum & organorum diversas mens nostra habet perceptiones, ita enim per oculos videt; per aures audit &c.

Memoria in quô consistit. §. 9. Hic motus cum sunt regulares, distincti, & placidi, vividas & distinctas mediantibus spiritibus animalibus cerebro nostro imprimunt notas, in quas cum postmodũ spiritus animales incidunt, eodem modo reflectuntur in sensorium commune, ac si ab objectis venirent antea repræsentatis, hinc eadem mens nostra afficitur perceptione, in quo consistit tota nostra memoria.

Oblivio, §. 10. Vestigiis enim, ab objectis antea cerebro impressis, semel dele-

deletis,frustra recordationem rerum antea perceptarum quæsiveris, quod in senectute, ubi vestigia successu temporis delentur, vel ex ictu vel casu notas istas perturbantibus, vel ubi leviora tantum impressa sunt cerebro vestigia; clarissimum est, in has notas si spiritus animales motu sedato successive incidant, mens nostra distincte rerum antea repræsentarum imagines percipit, & de illis rectum format Iudicium. *in quò consistit*

§. 11. Quod si vero spiritus animales, motu turbulento concitati, absque ullo ordine modo in hæc modo in illa incidant vestigia, plures simul motus menti nostræ communicantur, qui ullam inter se habent affinitatem, hinc proinde mens nostra non nisi confuse de iisdem judicat, multa conjungens quæ separata, & plurima dividens quæ conjuncta sunt, unde mens nostra variis ludificatur repræsentationibus, hoc est, delirat, quæcumque igitur valeant ita turbare spirituum animalium motum, ut indistincte plures simul à diversis vestigiis venientes, animæ nostræ represententur, in causa sunt delirii. *delirium, in quò consistit.*

§. 12. Cumque in febribus fermentationes sanguinis nostri valde alterentur, spirituum animalium motus perturbatos inde oriri necesse est, ac proinde illis vigentibus, non mirum est mentem nostram variis torqueri illusionibus, quæ non parum augentur, quando ab orta obstructione menbranarum cerebri, materia primi elementi celerius & cum impetu per istos poros ruit,partes circumjectas vehementer concutiens & agitans, inflammationemque partium circumvicinarum introducens, inde spiritus animales motu magis concitato & perturbato circumferri necesse est, orieturque vehemens & continuum cum febre conjuncta delirium seu phrenitis. *Delirii & febris continuæ explicatio per causas.*

§. 13. Laborandum itaque est in hisce affectibus, ut spirituum animalium motus perturbatus redigatur in ordinem: inflammatio & febris ut sistatur, tollendo obstructiones, spirituumque animalium violentiores motus componantur, quod potissimum fiet per sudorifera mixta cum blandis anodinis, ut *Indicationes, & curatio.*

℞. *Reg. antimonii med. gr.* xv.
Bezoard. min. gr. viij.
Camphoræ, gr. iij.
Salis prunellæ, gr. vj.

Haustus sudorificus, & anodinus.

 Tinct.

Tinct. opii cum sale tartari elab. ℨi ß.
M. F. sudoriferum ex aq. meliss.
borag. s. q. hauriendum.

Bolus sudorificus & anodinus.

vel, ℞. *Diascord. fracast.* ℈ij.
Confect. de hyacint. ℈j.
Oculi cancri ppti. gr. xij.
Bezoard. miner. gr. viij.
Sacchar. saturni gr. iv.
Salis prunell. gr. vj.
Laud. opiat. gr. ß. *vel* j.
M. F. bolus.

Mixtura diaphoretica, & anodina,

vel ℞. *Aq. boragin, meliss.*
rosar. rub. an. ℥i ß.
Confect. de hyacint. ℨi.
Antimonii diaphoret. ℈ij.
Spirit. nitri dulcis ℨij.
Bezoard. miner. ℈i ß.
Tinct. opii ℨi.
Syr. papav. rheados. ℥ß.
M. F. mixtura cochleatim exhibenda.

§. 14. Quod si purgante medicamine opus esset medicus judicet, sequens præscribatur infusio.

Haustus purgans.

℞. *Rhabarb. elect.* ℨij ß.
Fol. sennæ mund. ℨi.
Olei tartari p. deliq. gutt. xxv.
Sem. anis.
fœnicul. an. ℨß.
Stent in infusione in s. q. aq. hordei per noctem, mane leviter ebulliant; secus enim si fortius coquantur fol. sennæ tormina excitant, adde
Cremor. tartari ℨj.
Syr. de cichorei cum rheo, ℥ß.
M. F. haustus purgans.

Pulvis purgans.

vel, ℞. *Diagrid. cum decocto glyzyrr. præparat. gr.* viij.
Mercurii dulcis, gr. vj.
Cremor. tartari, ℈j.
Olei macis, gutt. iij.
M. F. pulvis purgans.

Cap. X.

De Stultitiâ, Maniâ, & Melancholiâ.

§. I.

SI vero contingat (quod in delirio dictum est) àre quadam terribili vel valde amata & desiderata, vel à cogitationibus de eadem re contiguis, vestigia quam alta cerebro esse inflixa, sæpius rei tristis & ingratæ vel nimium amatæ menti repræsentabitur idea, non nisi longo tempore successu cessabit de eorum recordatio, & mens nostra non nisi circa hæc occupata hærebit, & ægre de his distrahi patiatur; quod si insuper accedat viscerum & fermentatorum in iis generatorum dispositio ad motus torpidiores vel celeriores sanguini nostro conciliandos, orientur deliria circa res tristis, vel illusiones mentis circa res hilares, summo ardore disideratas. *Stultitia quid, ejusque causa.*

De Maniâ.

§. 2. Vel si magna injuria & contimelia fuerit affectus patiens, continuoque cogitet de vindicta, in ferocia incidet æger pathemata, quæ si diutius perdurent, evadit maniacus absque febre ferociter delirans: nam *Mania* nihil aliter est, quam imaginationis & Iudicii depravatio, cum excandescentia, sine febre & timore. *Mania quid, ejusque causa.*

§. 3. Hisce in casibus amicorum recta concilia, exortationes, confabulationesque amicæ plus quandoque valent, quam quævis medicamenta. *Curatio.*

§. 4. Quod si tamen, viscerum & fermentorum nostrorum constituti, quippiam contribuat ad hæcce deliria, nimium vel debilius sanguinem nostram fermentando, medicus illorum exactam habeat rationem. *Et quid observandum.*

De Melancholiâ.

§. 5. Quod si delirium conjunctum sit cum metu & tristitia, promoveat sanguini non liberiorem fermentationem, quippe per metum & tristitiam parcior fit spirituum animalium influxus in fibras cordis, unde sanguis noster nec attenuari satis, nec ad suam perfectionem & desideratam elaborationem evenire potest, qui *Melancholia quid, ejusque causa.*

proinde

proinde crassior ad cerebrum delatus, non nisi spiritus impuriores & crassiores & torpidos valde deponit, menti nostræ non nisi languidos offerentes motus, hæbescit totum corpus, fermentaque in pancreate, hepate & liene collecta nec maturata nec vivida nec agilia facta, in acida austeraque sanguinem ulterius coagulantia, & figentia, desinunt fermenta, oriunturque hic illic obstructiones pertinaces, quibus ingravescentibus exsurgit melancholia hypochondriaca, curatu satis difficilis: *Melancholia* enim est imaginationis & judicii depravatio, quæ ægri, sine aliqua causa admodum tristantur, & metuunt, ac horrenda, nonnunquam etiam ridicula, imaginantur, & sibi persuadent.

Curatio.

§. 6 Imprimis hic habeatur ratio reserationis obstructionum & enervationis fermentorum austerorum.

Pulvis fermentum austerum alterans.

℞. *Limat. chalibis subt. tritæ, & crib.* ℥j.
Sacchari, ℥ß.
Macis, ʒij.

M. F. pulvis tenuis, cujus dosis quantum cuspide cultri contineri queat bis de die vel à ℈j. ad ʒß.

§. 7. Præparatur medicatum vinum sequens

Vinum medicatum.

℞. *Ras. ligni guajaci,* ℥iß.
sassafras, ℥j.
Cort. thamarisci,
rad. cappar. an. ʒvj.
Rad. enulæ camp.
calami aromat. an. ʒvj.
Herb. scolopendriæ,
cent. minor.
chamedrios, an. mj.
Bacc. juniperi,
lauri, an. ʒij.
Sem. dauci,
fœniculi, an. ʒj.
M. F. species pro vino medicato.
Hisce affunde vini generosi stop. iß. *addendo*
Si æger hoc ferre poterit Sp. vini à ℥v. *ad* ℥x.
Stent in leni digestione, donec vinum colore
Aureo tingatur, præparatum erit vinum medicatum,

de

de quo æger ter quaterve bibat de die, præsertim si huic potioni medicatæ instillentur

Tinctura martis volatilis, vel
metallor. aliquot guttulæ.

§. 8. Conducunt hic *aquæ spadanæ naturales* & *artificiales* ex *vitriolo martis* confectæ & fumo sulphuris nobilitatæ. *Aquæ spadanæ,*

§. 9. Uti & *sales volatiles* ex *partibus animalium* educti, & blandioribus herbarum aromaticarum oleis nobilitati. *Sal vol. oleosum, & aromaticum.*

§. 10. Purgetur per intervalla æger pilulis spadanis eligmani vel, *Pilulæ purgantes eligmanni.*

℞. *Extract. catholic.* ℈i.
Mercurii dulcis, gr. viij.
Trochisci alhandel, gr. iij.
Mercurii vitæ, gr. 1. vel i.ß.
Olei cort. aurant. gutt. v.
M. F. pilulæ No. vj. *1. Pilulæ purgantes*

vel ℞. *Mercurii vitæ correcti, g.* viij.
Extr. rosar. ℈i.
M. F. pilulæ, No. v. *2. Pilulæ purgantes*

§. 11. Quod si vero ferocia ægrum torqueat cum vehementiâ, fervor spirituum temperetur sæpius venam secando, anodina exhibendo, purgandoque. *Ferocia vehemens quò modò temperetur.*

§. 12. Si æger habilis sit, & delicida habeat intervalla, tentarunt hoc cum successu medici parisienses mediante transfusione sanguinis, cujus beneficio maliaci restituantur, adfirmant. *Sanguinis transfusio*

§. 13. Qui vero nec tristes nec iracundi sunt, cum in illis ex continuis cogitationibus, vel vehementi nimio desiderio notæ, & vestigia cerebri nimis alte sunt inflicta, in quæ spiritus animales continuo incidentes, mentem de eadem re continuo cogitare cogunt, & cæteroquin satis sani sunt. *Quid in stultitia faciendū,*

§. 14. Hi curabuntur ipsis alias suggorendo cogitationes & præcipue vitando occasiones, quarum ope prima impressio facta est, ipsis exercitionibus lævioribus & delectabilibus, quibus, dum occupatur spiritus animales, in alias influunt notas, vel nova sibi efformant vestigia, & ita tentandum, uti successu temporis vetera frigida deleri, & nova efformari queant. *& quò modò curatio instituenda.*

CAP. XI.

De dolore Capitis, ſeu Cephalalgia.

Cephalalgia quid. DOLOR CAPITIS ſeu CEPHALALGIA eſt ingrata animi perceptio, vel ex fibrillarum cerebri aut partium illud involventium fodicatione aut diſtentione, oriunda.

Differentia, & ejus cauſa. §. 2. *Cephalalgia* varie quidem ab autoribus dividi ſolet, differentia vero optima, & quæ pondus habeat, tum in *prognoſi*, cum in curatione, eſt, quâ diſtinguitur reſpectu cauſarum (quæ ſunt aut materia viſcoſa non multo ſale volatili fœta, aut ſanguis & ſpiritus animales ſalino-acres) in *calidam* vel *frigidam*, bilioſam ſcilicet vel pituitoſam.

Tranſpiratio inſenſibilis maxime neceſſaria §. 3. Corpus noſtrum tranſpirabile & perſpirabile eſſe non tantum hoc pronunciavit antiquitas, vide Hippocratis Aphoriſmos, ſed inſuper hoc confirmant recentiorum experimenta, de quibus videatur imprimis ſtatica medica ſanctorii, imo ſi quis curioſior fuerit, reperiet nullum eſſe momentum, quem quippiam per poros cutis tranſudet in forma tranſpirationis inſenſibilis, quæ tranſpiratio adeo neceſſaria eſt, ut illa imminuta vel aucta, in morbos præceps ruat homo.

Dolores partium quomodo oriuntur. §. 4. Hæc enim impedita opprimuntur & infarciuntur tubuli muſculorum & menbranarum, qui quaſi pondere aliquo preſſi torpent, quod ſi inſuper accedat, ſanguinem noſtrum acriori ſale eſſe refertum in hac tranſpiratione impedita, ſales in tubulis muſculorum & membranarum hærentis, angulisque ſuis acutis partes nervoſas ferientes, non poteſt non, quin ingratum ſpiritibus animalibus motum imprimant, hoc eſt, dolorem excitant majorem vel minorem pro quantitate vel qualitate ſalis.

Capitis dolor, & ejus diverſitas unde. §. 5. Hæc pororum obſtructio, ſi in partibus nervoſis cerebri contingat, pro ratione materiæ obſtruentis dolores oriuntur vel gravativi vel acuti, prout major vel minor quantitas ſalis cum particulis obſtruentibus eſt conjuncta.

Indicationes. §. 6. Hæc ut tollatur, oportet ut diaphoreſis reſtituatur, ut particulæ ſtagnantes vel diſcuti vel cum reliquis circulari queant; inſuper habeatur ratio ſalium temperandorum & enervandorum, tolluntur obſtructiones potiſſimum per ſales tam fixos quam alkalicos

licos volatiles, ut & per acida volatilia pituitam potenter incidentia.

§. 7. Si itaque obstructio minus salina sed magis pituitosa fuerit, sequenti utatur sudorifero, *Curatio doloris a causa pituitosa producti.*

℞. *Bezoard. miner. gr.* xij.
Ocul. cancri ppt. gr. xv.
Croci optimi, *gr.* vj.
Salis vol. succini. gr. viij.
Tartari vitriol. g. vij.
M. F. pulvis sudorificus & incidens. *Pulvis sudorificus & incidens.*

vel ℞. *Theriaces venet.* ℈ij.
Ocul. canc. ppt. ℈i.
Antimonii diaphor. gr. xxv.
Salis vol. c. c. gr. v.
card. bened. gr. x.
M. F. bolus. *Bolus sudorificus & incidens.*

§. 8. Quod si vero non tantum gravedo capitis infestet ægrum, sed insuper acutis torqueatur doloribus, sequens anodinum & sudoriferum præscribito, *Curatio à sale acri producti.*

℞. *Diascord. fracc.* ℈ij.
Confect. de hyacint. ℈i.
Ocul. cancr. ppt. gr. xv.
Bezoard. miner. gr. x.
Camphoræ, *gr.* iij.
Laudan. opiat. gr. iß.
Salis c. bened. ℈ß.
M. F. bolus sudorificus & anodinus, *Bolus sudorificus & anodinus.*

vel ℞. *Reg. antimonii med. gr.* xv.
Croci optim. gr. x.
Camphoræ, *gr.* iv.
Tincturæ opii, ʒij. pro dosi,
M. F. haustus ad idem. *Haustus sudorificus, & anodinus.*

vel ℞. *Aq. Boragin.*
majoran. an. ℥iiß.
theriac. simpl.
card. bened. an. ℥ß.
Reg. antimonii med. ℈iß. *Mixtura diaphoretica, & anodina.*

 Tin-

Tinctura opii, ℥ ß.
Syr. papav.
violar. an- ℥ß.
Olei sulphuri per camp. q. s. ad acedinem,
M. F. mixtura diaphoretica & anodina.

Haustus purgans.

§. 9. Purgetur æger sequenti haustu,
℞. *Res. agarici, gr.* iv.
jalapp. gr. vi.
Dissolve ut artis est in vitello ovi, adde
Aq. menth,
majoranæ, q. s. ad haustum,
Tartari vitriol. ℈ß.
M. F. haustus purgans.

Curatio doloris capitis à fervore sanguinis producti.

§. 10. Capitis dolores à fervore sanguinis oriundi, uti in fine febrium tertianarum & quartanarum, vel in ipsis continuis, uti et in crapula, curabuntur venæsectionibus & exhibenda illa, quæ leni sua viscositate ferociam salium delinire valeant, ut emulsiones *ex amygdalis & similibus frigidis & sem. papav.* conflatis.

§. 11, Vel exhibendo illa, quæ sales volatiles sanguinis ferocientes, sua blanda aciditate infringere et figere valent, ut

Mixtura diaphoretica, & anodina.

℞. *Aq. rosar.*
boragin.
melissæ, an. ℥iß.
Antimonii diaphoret. ℈ij.
Bezoard. min. ℈i.
Laudan. opiat. gr. iij.
Syr. violar. ℥i.
Olei sulphuris per camp. gutt. xij.
Sp. nitri q. s ad gratam acredinem,
M. F. mixtura diaphoretica & anodina,

Claretum seu Julapium.

vel ℞, *Flor. cyani,*
bugloss. an. m. j.
Aq. hordei, ℔ i.
Coq. leniter guttatim affundendo.
sp. vitr. tantu, donec instar sanguinis
Rubiat, decocto adde
Sacchar. puriss. q. s. ad gratiam
transcolentur per pannum. M. F. claretum

vel, ℞. *conf. boragin,* *Claretum seu Julapium.*
calend. an. ℥i ß.
Rob. de ribes, ℥ ß.
Dissolve in s. q. aq. hordei, transcolentur per pannum, col. adde
Syr. papav. ℥i.
Olei sulphuris per camp. ad gratam aciditatem,
M. F. claretum.

§. 12. Purgetur infusione rhabarbari. *Haustus purgans.*
℞, *Rhabarb. elect.* ʒiij.
fol. sennæ mund. ʒi.
Sem. anisi.
fœniculi, an. ℈i.
Olei tartari per deliq. gutt. xxv.
Infunde & coque ex aq. hord. s. q. col. adde,
Mannæ calabrinæ, ℥ ß.
Cremor. tartar. ℈ ß.
M. F. haustus pro dosi.

CAP. XII.

De Catharris in genere.

§. I.

CATHARRUS est stagnatio humorum in omnes corporis partes. *Catharrus quid.*

§. 2. *Causa* catharrum est materiria viscosa non salina, unde dolares gravativi, lassitudines spontaneæ, melancholia &c. Aut materia viscosa & salina, aut acida, unde inflammationes, & dolores intensiores omnes, ophthalmiæ, anginæ, erysipelata, herpetes, arthritis, tussis &c. *Causa antecedens, & differentia ex causis.*

§. 3. Sanguinem nostrum circulari motu per corpus nostrum deferri, neminem latere credo, qui recentia experimenta hanc quæstionem concernantia accurate examinavit; in ventriculos enim cordis guttatim incidens sanguis, illic à pertranseunte materiæ primi elementi concutitur, quo ad minimas partes agitatur quaquaversum, attenuatur, dividatur, & ut verbo dicam, fermentatur: quod primum injiciatur in dextro cordis thalamo, in quo sanguis exer- *Sanguinis circulatio quomodo fit, & effecta per eam.*

ſtuans, qua data via ruitur, ad pulmones ſc. ubi per aëra vel halitus & fermento aëris ſalino nitroſo vivificatur, ad ſiniſtrum cordis thalamum tendit, in quo eandem abſolvit ſcenam, in arteriam magnam delatus, partim per ipſius truncum adſcendentem ad ſuperiores partes noſtri corporis fertur, partim per truncum deſcendentem ad inferiores labitur, ac ab orificiis venæ cavæ & portæ rurſus vehitur ad cor; ſed notandum quod ſanguis arterioſus diverſa transeuns viſcera, in illis etiam diverſas deponit particulas, quippe in hepate ſequeſtrantur particulæ ſalinæ & oleoſæ volatiles, bilem conſtituentes: in pancreate lympha modo ſub acido, modo ſub ſalſo muriatico ſale fœta: in renibus ſerum, terra, oleum cum ſale volatili: in glandulis lympha: in cerebro ſpiritus animales: notandum inſuper ſanguinem continuo particulas quasdam deferre nutritias ad augmentationem vel conſervationem muſculorum, nervorum, membranarum, ligamentorum & ſimilium, quæ partim illis partibus applicantur, vel circulando ad ſanguinem rediunt.

circulatio neceſſaria. §. 4. Hic particularum circulantium motus ſi liber ſit absque interruptione, nullis premitur corpus noſtrum obſtructionibus,

Obſtructio eſt cauſa proxima, ſed ex antecedente patet differentia. §. 5. Verum ſi contingat, quod propter ſales craſſiores vel particulas viſcoſas, pituitoſas, tenaces & terreſtriores tubulorum per quos partes nutrientes circulantur, fiat obſtructio, catharro partem iſtam affici dicimus, qui magis vel minus eſt dolorificus, prout acri vel mitiori ſale eſt fœtus. Quod ſi ſale deſtituatur, dolor oritur gravativus, ut in tumoribus plerisque frigidis, ubi peccatur tantum craſſities cum tenacitate humoris non vero acredine ſalina.

Prout itaque diverſæ noſtri corporis partes talibus obſtructionibus infeſtantur, curatio etiam in parte affecta inſtitui debet.

Curatio catharri à cauſa viſcoſa non ſolina. §. 6. In genere conducunt in catharris a meteria viſcoſa non ſalina productis, decocta ex lignis ſudoriferis, ſalibus, cujus formam vide in apoplexia; ſudorifera ex ſalibus mineralibus paginam abſolvunt, quæ præſcripta vide in apoplexia, paralyſi, & lethargo.

Curatio catharri ab humore ſalino producti. §. 7. Quod ſi ab acriore ſale partes menbranoſæ & nervoſæ deſtendantur & vellicentur vehementius, feroces inde oriuntur dolores, quandoque ad anodina refugiendum, quæ acrimoniam ſalium obtundere, fermentationesque humorum extravaſatorum com-

compeſſere valeant, quod interius per opiata, exterius per cataplasmata fieri ſolet.

§. 8. Humoribus temperatis & ad quietem redactis, purgantia præſcribantur majori ex parte phlegmagoga. *Quando purgandum.*

1. *De Arthritide.*

§. 1.

ARTHRITIS ſive morbus articularis eſt dolor circa articulos, ab efferveſcentia ſucci nervoſi acidi cum ſanguinis ſalino fixi particulis, unde nervi, tendines, ligamenta, perioſtea corrugantur, doloreque miſſerrimo cruciantur, unde tumor, rubedo, tophi, aliaque ſymptomata concomitantia. *Arthritis quid.*

§. 2. *Differentia* ejus eſt quadruplex 1. *Chiragia* in manibus, 2. *Iſchias* in aut circa os ilium, 3. *Gonagra* in genibus, & 4. *Podagra* in pedibus.

§. 3. Curatio. in arthritide pro arcano quodem habent *elect. cario coſtinium*, ut. *Curatio ejus.*

℞. *Elect cario coſtinii*, ℥iij. *Bolus purgans.*
Reſ. jalapp. gr. iv.
Olei carui, gutt. iij.
M. F. bolus inconvenienti vehiculo ſolvendus.

vel, ℞. *extrac. cathol.* ℈i. 1. *Pilulæ purgantes*
Mercurii dulcis, gr. viij.
Trochiſci alhandel, gr. iv. ad vi.
Olei macis ſtill. gutt. iij.
M. F. pilulæ No vj.

vel, ℞. *Mercurii vita carrecti, gr.* viij. 2. *Pilulæ purgantes*
Redigantur cum extr. roſar. in pilulas.
M. F. pilulæ.

§. 4. Pro anodino & ſudorifero inſerviens ſequens formula,

℞. *Reg. antimonii med. gr.* xv. 1. *Bolus ſudorificus.*
Bezoard. min. gr. v.
Diaſcord. fracc. ℈ij.
Confect. de hyacint. ℈i.
Laud. opiat. gr. iß.
Salis c. bened. gr. x.
M. F. bolus.

Tin-

Tinctura opii. *Tinctura* opii cum *ſale tartari* præparata exhibeatur à cochleri i. ad iij.

2 *Bolus ſudorificus.* vel, ℞. *Theriac. venet.* ℈iv.
Diaſcord. fracaſ. ℈i.
Mercurii diaphor. jovialis gr. x.
Ocul. cancr. ppt. gr. xv.
Salis vol. c. c. gr. v.
M. F. bolus.

1. *Cataplaſma anodinum.* §. 5. Exterius applicetur topicum,
ex ſem. milii cum lacte eburato in formam cataplasmatis redactum, *cui* addantur
vitell. ovor. No. ij.
camphoræ,
croci, *an. pauxillum.*
M. F. cataplaſma.

2. *Cataplaſma anodinum.* vel, ℞. *Medull. panis candidiſ. q. ſ.*
Coq. cum lacte vaccino in formam cataplaſmatis; *addendo camphoræ.*
croci, *ann. pauxillum.*
M. F. cataplaſma.

Cataplaſma anodinum, & incidens, vel, ℞. *Sapon. venet.* ℥i.
Vitell. ovor. No. 1.
Temperentur cum ſ. q. ſp. vini.
M. F. cataplaſma calide cum ſtupâ applicandum,

1. *liquor incidens.* vel, ℞. *Sp. ſalis ammoniaci cum calce viva ppti,*
Alcohol vini q. ſ.
Miſce & cum pulma locus affectus leniter his liquoribus illinatur.

2. *liquor incidens.* vel, ℞. *Sp. tartari rectificati,*
vini an.
M. F. liquor, locuſque affectus linteis tepidis his liquoribus madefactis illinatur.

Inflammationis curatio. §. 6. Quod ſi vero inflammatio ſupervenerit, foveatur pars affecta decocto lythargiri, ut

Fotus inflammationem reſolvens. ℞. *lithargirii auri,* ℥i.ß.
Flor. ſambuci,
Roſ. pall. an. M. i.

Coq.

Coq. ex aceto & vino an.

M. F. fotus, quo locus affectus tepide foveatur.

§. 7. Dolore ſedato, ad tumorem diſcutiendum exterius applicetur emplaſtrum ſequens.

℞. *Empl. vigon. de ranis cum dupl. vel tripl. merc. p.* iij. *Empla-*
Cerati de cumino, p. i. *ſtrum tumores diſ-*
Malaccentur cum olei ſuccini pauxillo, cutiens.
Extendantur ſuper corium.

Quidam laudant *emplaſtrum Nurenburgenſe.* confert etiam multum in podagra frigida *balſamum ſulphuris ſuccinatum*, ut & *Oleum ſabinæ ſtillatitium.* *Emplaſtrum Nurenburgenſe.*

§. 8. Ad dolores leniendos & mitigandos ſequens componatur oleum artificiale, ut *Oleum artificiale,*

℞. *Arthimiſiæ,*
Verbaſci, an. p. æq.
Coq. in oleo olivar. ſ. a. coletur & ſervetur uſui.

§. 9. Conveniunt balnea pro diſcutione pituitæ tenacis nervis inhærentis, motumque menbrorum impedientis, præſcribatur balneum ex emollientibus & diſcutientibus, cujus formam vide in paralyſi. *Balnea ad pituitam tenacem reſolvenda.*

2. *De Cataracta.*

§. 1. *Cataracta* eſt duplex incipiens ſeu ſuffuſio, vel confirmata, cataracta proprie dicta. *cataractæ differẽtia.*

§. 2. *Incipiens Cataracta* eſt oculi ſuffuſio, cum nempe nubeculæ, feſtucæ aut muſcæ, ante oculos volare videntur. *Incipiens cataracta,*

§. 3. *Confirmata* vero eſt, quando a pellicula tenui, pupilla in totum vel ex parte occluditur, ita ut radiis ſolaribus debitus ingreſſus præcluditur. *confirmata,*

§. 4. *Cataractæ confirmatæ* curantur acu per menbranam albugineam & corneam ad cataractam uſque adacta, quæ acu deprimenda, & ſi reſiliat comminuenda, deinde oculus *aqua raſarum*, & *albumine ovi* cum *alumine* conquaſſato obligandus. *Curatio confirmatæ.*

§. 5. In incipiente cataracta & ſuffuſione oculorum laudatur vapor tritorio exceptus, exſurgens ex *mixtura ſalis ammoniaci*, & *cinerum clavatorum*, in aqua calida ſolutorum. *Curatio incipientis, Vapor.*

F vel,

Collirium

vel, ℞. *Sp. panis per dissentium secalicii*, ℥i.
Cristalli veneris, ℈i.
Croci metall. ʒi.
Stent in infusione per 24 *horas filtretur*, *& reservetur* pro collirio.

Pulvis. Quidam laudant *essentiam fœniculi cum saccharo candi* in cannis fœniculi elaboratam.

collyrium

vel, ℞. *Aq. euphragiæ,*
fœnicul.
rosar. an. ℥ß.
Camphoræ, gr. viij.
Tutiæ ppt. ℈ß.
Sacchar. Saturni, ℈i.
M. F. collirium.

3. *De Ophthalmiâ.*

Ophthalmia quid. §. 1. *Ophthalmia* est tunicarum oculi inflammatio cum tumore, rubore, dolore & lachrymis, orta ab humore acri.

Curatio ejus. §. 2. In erosione vero oculi & acri dolore ex lympha salsa, pro specifico exhibeatur guttatim stillando in oculum,

Collyrium specificũ. *Balsamum saturni rubicundum ex infusione aceti stillaticii, & litargirii auri præparatum, & dilutum in aq. rosar.*
Fiat collyrium.

Collyrium §. 3. Itidem *flores cinci* in *aq. plantag.* resolutæ.

4. *De aurium dolore.*

Prognosis. §. 1. *Aurium dolor* est gravis affectus, tum propter partem affectam, membranam puta interiorem, auris cavitatem ambientem, tum propter cerebri viciniam.

Curatio ejus. §, 2. Multum præstant in aurium catharro dolorifico,
Lac. tepidum, in quo
Dolorificum. *Opii* gr. i. aut ij. solutum est, auri immittatur.

§. 3. Exterius applicetur *panis* recenter ex clybano extractis & per medium sectus.

Oleum amygd dulcium. Lenit insuper dolores, *Oleum amygdalarum dulcium.*

§. 4.

§. 4. In incipiente ſurditate à ſordibus adnatis & induratis, aures ſæpius eluantur, *Incipientis ſurditatis curatio.*

Aq. tepeda,
Succo rutæ,
abſinthii,
ſalviæ impregnata per ſiphonem injiciendo.

§. 5. Poſtmodumque inſtilletur tinctura ſuccin. cum circulato præparata. *Inſtillatio.*

§. 6. Item committatur auribus,
Axung. viprarum in oleo chymice reſoluta, & lana catonia recepta.

§. 7. Conducunt inſuper olea cephalica ſtillatitia, ut *Specifica.*

Oleum ſuccini rectificatum.
Axungia humana cum alcohol. vini præparatum,
Ceræ fluidum.

§. 8. In Apoſtemate aurium confert,

Lac dulce tepidum cum
Melle, &
Vitello ovi temperatum, quod aurum infuſum maturat. & detergit.

5. De Odoratu læſo.

§. 1. In *odoratu læſo* à materia viſcidâ & pituitoſa conducit *ſpiritus ſalis ammoniaci cum calce viva* præparatus & naribus admotus. *Curatio ejus.*

§. 2. Item ſuffimigia ex *maſtiche, ſuccino, cariophyllis.* *Suffimigium.*

§. 3. Profunt etiam ſternutatoria acria ex *rad. helleb.* albi, *pep. nigri*, *pyretri* ppta, quorum formulas vide in lethargo & apoplexia. *Sternutatorium.*

6. De Tuſſibus.

§. 1. *Tuſſis* eſt vehemens pectoris efflatio, quâ id, quod ſpirandi inſtrumentis eſt moleſtum, vi aëris expellitur. *Tuſſis quid.*

§. 2. Quod ſi acri lympha infeſtentur pulmones, inde tuſſes continuæ, moleſtiſſimæque ægrum exagitant, conducunt *pilulæ cynagloſſæ*, ut *Curatio ejus acri lympha producta.*

℞. *Maſſæ pilul. de cynagloſſ.* ℈. ß. *Pilulæ de cynagloſſa*
Dividantur in duas partes, & fiant pilulæ, N°. ij.

Pilulæ de stechade. cujus una exhibeatur pro dosi. idem præstant *pilulæ de stychade.*

§. 3. Non inferiores obtinet *syr. papav. rheados* in mixturis datus, ut

Mixtura diaphoretica.

℞. *Aq. Boragin.*
meliss.
menthæ. an. ℥i ß.
Ocul. cancri præparat. ℈ij.
Antimonii diaphoretici, ʒi.
Laud. opiati, gr. ij.
Tinct. sulphuris cum sale tartari præparat. ʒij.
Syr. papav, rheados, ℥i.
M. F. mixtura.

Balsamum sulphuris anisatum. §. 4. *Balsamum sulphuris anisatum* in balneo mariæ præparatum absque empereuma non inferiores hic obtinet.

Balsamum sulphuris compositum. §. 5. Uti & *balsamum sulphuris* compositum ex
Aloë, mirrha, croco,
Flor. sulphuris,
Camphora cum
Oleo Juniperi, &
Terebinthinæ elaboratum.

Elixir mellis. §. 6. *Elixir mellis cum alcahol vini* præparatum paginam absolvit.

Tinctura opii. §. 7. *Tinctura* anodina & sudorifera *opii* in hac scena partes suas habet.

7. *De Suffocatione.*

Suffocatio quid. §. 1. Est etiam species catharri, quos suffocationes medici vocare solent, quo subitanea pereunt morte æger, & nullis fere præeuntibus signis sanitatis male affectæ considunt inanimes, quod potissimun oriri putamus ex circulatione sanguinis subito impedito, quod vel contingere potest in ipsius pulmonibus vel in cordis thalamis.

Causa est, aut fermentum acidum & austerum, §. 2. Sistitur autem sanguinis circulatio duplici de causa, vel enim à fermento acido & austero præternaturali sanguini commixto, concrescit sanguis in cordis thalamis in grumos, cujus exemplum observare licet, si vena aperiatur in cane & per siphonem

nem ſp. vitrioli injiciatur, qui cum ſanguine ad cordis thalamos delatus, eo cum in coagulum concreſcunt, ſiſtiturque in momento ſanguinis circulatio & temporis momento ſuffocatur canis.

§. 3. E contra per fermenta ſpirituoſa & ſalina volatilia, ſanguinis textura ita reſolvi poteſt, ut ab aere in pulmonibus admiſſo, ad debitam conſiſtentiam redire nequeat, & itidem ſuffocatur animal quodvis, ut hoc ex infuſione *ſpiritus ſalis ammoniaci & olei tartari per deliq.* In venas, obſervarunt naturæ curioſi indigatores. *Aut fermentum ſpirituoſum & ſalinum volatile.*

§. 4. Quod ſi affectus hic aliqualem medico concedat moram, per ſpirituoſa, oleoſa & ſalia volatilia præcaviatur ſanguinis coagulatio, exhibendo ea, quæ ſanguinis fermentationem valde promovent, ut *Curatio ejus, à fermento acido & auſtero producta.*

Sal volatile: cornu cervi
urinæ,
oleoſum & aromaticum. *Sales volatiles.*

§. 5. Multum proſunt diaphoretica fixa & volatilia ex vegetalibus, animalibus & mineralibus deſumpta, ut *Mixtura diaphoretica, & cardiaca.*

℞. *Aq. roſmarini,*
lavend. an. ℥ij.
vitæ mathiol, ℥j.
Ocul. cancr. præparati ℈ij. vel ʒj.
Bezoard. miner. ℈i.ſs.
Antimonii diaphoret. ℈ij.
Salis vol. C. C. in ſuo ſp. diluti, ʒj.
Olei cinam. gutt. vj.
Syr. de ſtechade, ℥j.
M. F. mixtura cochleatim ſumenda.

§. 6. Prodeſt hic multum *elixir regium, ambra* & *moſcho* nobilitatum. *Elixir regium.*

§. 7 Quod ſi vero ſuffocatio originem trahere videatur a fermento volatili nimis ſanguinem reſolvente, ſi medico tempus concedatur, ſanguinem ad debitam conſiſtentiam reducere tentet per ea, quæ per modum fixationis ſales & ſulphura volatilia figunt & enervant, fermentationemque ſanguinis potenter inhibent, qualia ſunt. *Curatio ejus, à fermenta nimis volatili producta.*

Acida volatilia.

Spiritus ſalis
nitri,
vitrioli.

 Oleum

Oleum sulphuris per campanam,
Sal crudum.
Lapis prunellæ,

Mixtura sanguinem figens.

℞. *Aq. boragin.* ℥ij.
Syr. papav. rheados, ℥ß.

M. F. mixtura. hujus capiat æger cochlear j. cum *Spiritus vitrioli rect. gutt.* x. pro dosi, illudque per brevia intervalla repetatur.

Venæsectio instituenda.

§. 8. Instituatur venesectio liberalis.

§. 9. Partes cordi vecinæ foveatur aceto rosaceo.

§. 10. Pudeuda *linteis aq. frigida madefactis* involvantur. Manus itidem & pedes frigida sæpius abluantur, quousque sanguis ad justam rediat consistentiam.

8. *De Dentium Dolore.*

Causa duplex.

§. 1. Dentium Dolor vel à Dentis cariê, vel à Catharro, producitur.

Curatio ejus à cariê producti.

§. 2. In Dolore dentium præmissis universalibus purgantibus & sudoriferis, si malum oriatur à denris carie exeso, præstat ramum nervi, per cauteria vel naturalia vel præternaturalia adurere.

Olea caustica.

§. 3. Hoc præstabunt olea caustica lana catonia excepta, ut
Oleum origani
chariophill.
tabaci, quæ cavitati dentis immissa ramum nervi adurent, qui resiliens postea à corrosivo dentem exedente immunis est.

Sp. vitrioli rectificatus.

§. 4. Præstant itidem illud *oleum vitrioli*, ut & *ipsius spiritus* rectificatus.

Cauteria actualis.

§. 5. Citissime hoc peragitur ferro candente, vel tandem dente exempto huic malo obviam itur.

Curatio ejus à catharro producti.

§. 6. Quod si vitium vero non hæreat in hoc vel illo dente exeso, sed per catharrum totum latus afficiatur, sequens præscribatur infusio.

℞. *Pi-*

℞. *Piper. alb.* *Infusio.*
Rad. pyretri, an. ʒij.
Aceti vulgaris, ℥vj.
Stent in infusione super cineres calidos, donec acetum ex pipere & pyretro integram acquisiverit acrimoniam, filtretur per linteum, & in eo postea dissolvatur opii tabaici ʒj. *filtretur* ut supra per linteum, quo, tam calide quam æger ferre potest, pars affecta colluatur, reliquumque foras exspuatur.

§. 7. Temporibus sequens applicetur emplastrum *Emplastrum.*
℞. *Gummi taccamahaces q. p.*
Extendatur supra linteum ut ab eo formetur inde emplastrum temporibus conveniens, in cujus medio collocatur particula *opii crudi* instar pisi minoris, ac ita temporibus applicetur, ut particula opii respondet exacte arteriæ pulsanti.

9. *De Convulsionibus.*

§ 1. *Convulsio* est motus involuntarius & inordinatus quô nervi, aut menbranæ præter voluntatem contrahuntur & remittuntur. *Convulsio quid.*

§ 2. Motus spirituum animalium cum blandi sunt & regulares nec ultra modum motu molesto afficiunt sensorium commune, motu etiam ordinato in hæc vel illa nervorum determinantur principia, excitanturque motus animæ nostræ convenientes, placideque fluunt in musculos certis motibus dicatos. *Motus spirituum naturales dependent, vel*

§. 3. Qui motus naturales dependent vel à certa quadam cerebri constitutione & consuetudine, ut posito tali vel tali motu spirituum sequatur talis vel talis spirituum in nervos influxus; uti cum quis pronus ruat in terram, spiritus animales ilico ex ipsa conformatione cerebri vel consuetudine fluunt in musculos sustinendi corpori inservientes, item si oculis quippiam offeratur quasi impetum in illos tentans, sive velit sive nolit mens nostra oritur spirituum influxus in musculos claudendis palpæbris inservientes. *A certâ quâdam cerebri constitutione, vel*

§. 4. Vel motus hi dependent ab ipsa voluntate animæ, cujus ad mutum diriguntur, quamdiu autem spirituum motus manent inter ipsos cancellos, ut placidi & motu composito ferantur secundum cerebri nostri dispositionem vel consuetudinem, vel subsint imperio *Ab ipsa animæ voluntate.*

perio animæ illos pro re nata dirigentis, nullas persentit mens nostra turbas.

Motus spasmatici unde. §. 5. Verum si nervis acriter afflictis spiritibus animalibus communicatur motus irregularis, vehemens, tristis, vel si ipsi peccent acrimoniâ vel motu modo in hos modo in illos influunt nervos, inde sine discrimine in musculos cum impetu ruentes, illosque potenter inflantes, motus spasmaticos, involuntariosque excitant quam plurimos, cumque motus ille sit vehemens acri plerumque stimulante sale, absque doloribus scena illa non peragitur.

Causa eorum duplex. §. 6. Hæc si interius fiant à sale acri, vel exterius à quavis causa hos vel illos nervos potenter lædente, oritur convulsio seu motus musculorum involuntarius & inordinatus.

Indicationes. §. 7. Laborandum itaque, ut acrimonia salium temperetur, temperatique illiminentur, spirituum motus inordinatus componatur, hæc cum fiant à nimia repletione vel inanitione monente hypocrate, medicus pro re nata sua disponat medicamenta,

Curatio in nimia repletione. Bolus purgans. §. 8. In nimia repletione præscribatur sequens purgans.

℞. *Res. jalappæ,*
agarici, *an. gr.* iv.
Aloës lucidæ, *gr.* vj.
Elect. de succ. ros. ℈j.
Olei macis still. gutt. iv.
Salis succ. vol. gr. x.
M. F. bolus.

Pilulæ purgantes vel, ℞. *Extract. rhabarb.*
Aloës lucidæ,
Res. jalapp. an. gr. vj.
Castorei, *gr.* x.
Olei lavend. gutt. iv.
M. F. cum s. q. syr. de stœchade pilulæ No. vj.

Bolus sudorificus & anodinus. § 9. Post purgationes præscribantur sudorifera cum anodinis mixta,

℞. *Diascord. fracas.* ℈ij.
Conf. de hyacint. ℈j.
Ocul. cancri præparat. gr. xv.
Bezoard. miner. gr. x.
Laud. opiat. gr. iß.

Olei

Olei macis still. gutt. iv.
Salis card. benedict. gr. x.
M. F. bolus.

vel, ℞. *Reg. antimonii med. gr.* xv. — *Bolus sudorificus & anodinus.*
Croci optimi, gr. x.
Salis vol. c. c. gr. iv.
Tinct. opii, ℨij.
M. F. *bolus & detur pro dosi.*

§. 10. In nimia vero inanitione nutriatur & foveatur corpus cibo & potu particulis mollibus & lenientibus constantibus & blando sale volatili oleoso foetis. — *Curatio in nimia inanitione.*

§. 11. Conducit hic *elixir paracel. sine acido, sed per oleum tartari per deliq.* præparatum, mixtum cum pauxillo *salis vol. oleosi* superius descripti, cujus gutt. xv vel xx vel xxx bis terve de die sumantur ex vino generoso molli & oleoso gallico vel hispanico. — *Elixir paracelsi.*

§. 12. Conducit insuper *oleum nucis moschati expressum* cujus gutt. xx præscribantur cum *vino calente saccharato.* — *Oleum nucis moschati expressum.*

§. 13. Proderunt insuper emulsiones ex *amygdalis* nobilitate cum *cinamomi & conf. alkermes.*

vel, ℞. *confect. de hyacint.* ℈ij. — *Haustus cordialis.*
alkermes, ℈i.
corall. rubr. ppt. gr. x.
antimonii diaphoret. ℈ß.
Dissolvantur in aq. fœniculi, ℥ij. adde
tinct. croci, ℈i.
aq. vitæ mathioli, ℨi.
M. F. haustus.

10. *De nervis punctim læsis.*

§. 1. Quod si vero nervi punctim fuerint læsi, ordinariæ à vehementi dolore subsequi solent convulsiones, ad quas evitandas, tanquam pro specifico arcano, sequens præscribit medicamentum Schultetus in armamentorio chyrurgico. — *Curatio convulsionum à causa externa productarum.*

℞. *Euphorbii,* ℈i. — *Unguentum.*
Res. terebint. ℥ß.
ceræ flavæ q. s.
M. F. *unguentum.*

 vel,

Linimentum.

vel, ℞. *Olei terebint.* ℥ß.
chariophyll. gutt. vj.
Mucilag. bryoniæ, q. s. ad consist. linimenti.
M. F. linimentum.

Balsamũ mundeveri.

§. 2. Non minoris notæ est balsamum mundeveri
℞. *Therebinth. venet.* ℥iß.
Olei hyperic. ℥j.
Gummi elemni, q. s. ad consist. balsami,
Olei ceræ still. fluid. ℈ij.
M. F. balsamum.

Balsamũ Italicum.

§. 3. Conducit etiam *balsamum Italicum.*

Balsamũ sulphuris succinatum.

§. 4. Prodest hic insuper quam maxime *balsamum sulphuris terebintinatum vel succinatum.*

Oleum nucis moschati spica.

§. 5. Uti etiam *Oleum nucis muschatæ*, vel
spicæ, calide exterius applicatum.

§. 6. Adfert etiam suum *spiritus vini* cum *melle* circulatum.

II. *De Scrophulis.*

Scropula quid.

§. 1. *Scrophula* sunt tumores glandularum propriâ tunicâ contenti.

Sequestratio lymphæ in glandulis, &

§. 2. Per glandulas ex sanguine arterioso sequestrari lympham, anatomici resartiores detexerunt, uti & vasa ex iis orientia lymphatica dicta, laticem tenuissimum vehentia, & ad saccum chyliferum deferentia ad ulteriorem chyli elaborationem, litem hanc dirimente inter *D. Bilsium* & alios anatomicos *D. Rusium*, qui, ex constitutione valvularum in ductibus lymphaticis detextarum, infallibiter concludit, motum lymphæ non esse à sacco chylifero ad partes externas, verum è contra à partibus externis ad receptaculum.

Quando hæc sine impedimento fiat.

§. 3. Hæc lympha cum satis tenuis est, absque ulla resistentia aut impedimento, facile per substantiam glandularum transcolatur, nec glandulæ quippiam damni patiuntur à lympha transeunte.

Causa antecedens scrophularum.

§. 4. Verum si lympha crassior, viscosior, tenacior evadat; item si particulis terrestribus sit inquinata, vel sale crasso & rigido fœta, non raro pori glandularum obstruuntur, cumque particulæ fluidiores, serosæ præ terrestribus & salinis se facilius accom-

commodent angustis glandularum poris, hinc iis secedentibus, successu temporis glandulæ obstruuntur à terrestribus particulis & salinis rigidioribus, quæ se angustiis pororum accommodare nequeunt.

§. 5. Hæ glandulæ, si à materia tantum viscosa & tenaci cum terrestribus mixta, in collo tumores oriuntur scrophulæ dictæ: quod si prædominentur sales, degenerant in cancros: particulæ vero terrestres si prædominium tenuerint, degenerant in scirrhos. *Prognosis*

§. 6. Cavendum in curatione scrophularum, ne calida nimis & exsiccantia applicentur in principio, quo in casu solent discuti mobiles magis partes, relictis terrestribus, & ita scrophulæ in scirrhos transire solent, sed applicanda veniunt quæ materiam viscidam & terrestrem incidere, attenuare & fermentare valent. *Indicationes.*

§. 7. Quod potissimum præstabit *mercurius* in præcipitatum redactus. *Curatio.*

℞. *Litargiri auri subtil. pulv. q. p.* *Descriptio mercurii in præcipitatem redacti.*
Huic affunde acetum still. ad emin. digit. 4. *transv. coq. simul* leniter, *sæpius agitando spatula lignea, donec acetum de acrimonia sua amiserit, & dulcedinem saccharinam referat, filtretur solutio.*
℞. *Hujus solutionis,* ℥vj.
Mercurii præcip. alb. vulg. ℥ij.
Lento igne evaporentur ad sicc. pulveris.
℞. *Hujus pulveris,* ʒj. *Unguentum.*
Axung. porc. non salitæ, ℥j.
M. F. unguentum.

§. 8. Et pars affecta prius pannis calidis fricetur & postea hôc linimento inungatur, vel *Emplastrum.*

℞. *Mercurii vivi cum aq. fort. soluti,* ℥iv.
Axung. porcinæ, ℥viij.
Coq. in olla fictili continuo movendo spatula lignea, donec materiam obtineas mollem, adde
Ceræ flavæ, ℥ij.
Pulv. mastiches.
olibani, ana ʒvj.
M. F. emplastrum.

§. 9. Quod si discussionis spes nulla appareat, tentanda erit matu- *Quando est maturandum.*

maturatio & concoctio in pus per sequens cataplasma.

Cataplasma.

℞. *Rad. lilior. alb.* ℥iß.
altheæ, ʒj.
Fol. malvæ, *altheæ*,
Flor. camomill, *melillot an.* mj.
Coq. cerevisiæ f. q. his coctis & pistatis, adde
Flor. rad. altheæ,
hordei,
fœnugræci, *an.* ℥ß.
Buturi non saluti, ℥ij.
Vitell. ovor. No. ij.
Olei camomill. ℥j.
M. F. Cataplasma.

Empl. in dolore vehementi.

§. 10. Quod si vero scrophulæ fuerint dolorificæ, optime mitigabuntur per emplastrum vigonis de ranis cum duplici vel triplici mercurio.

Medicamenta interna.

§. 11. Exhibeantur interius, quæ pituitam incidere & attenuare valent, quod præstabunt *decocta* ex lignis, itidem *sudorifera* ex mineralibus & metallis desumpta, ut

Bolus sudorificus.

℞. *Reg. antimonii med. gr.* x.
Bezoard. min. gr. viij.
Mercurii diaphoret. jovialis gr. vj.
Theriaces ven. ʒj.
M. F. bolus sudorificus.

Pilulæ purgantes.

§. 12. Pro purganti exhibeantur sequentes pilulæ,
℞. *Extract. cathol. gr.* xv.
Mercurii dulcis, ℈ß.
Mercurii purg. gr. iij.
Olei fœniculi, *gutt.* iv.
M. F. pilulæ purgantes No. vj.

Quando cura palliativa est instituenda.

§. 13. His si non cedant malum, cura tantum instituatur palliativa, exterius applicando empl. de canis cum mercurio, quippe si glandulas hasce obstructas fortius agitaveris per gummi, olea calidiora, non raro feracius etiam transeunt in cancros, vel ad minimum, particulis subtilioribus discussis, abeunt in schirros.

12. *De Angina.*

§. 1. *Angina* est faucium vel gutturis inflammatio, cum febre continuâ, respiratione & deglutione impedita. *Angina quid.*

§. 2. Estque quadruplex 1. *Cynanche*, 2. *Synanche*, 3. *Paracynanche*, 4. vel *Parasynanche*, dividitur porro in veram & spuriam; sed hæc pauci sunt momenti. *Differentia.*

§. 3. Ex illis, quæ de catharris dicta sunt, facile constabit, qua ratione tubuli musculorum laringis obstrui queant à particulis vel viscidis, vel salinis, vel terrestribus, unde musculi nimium distenti in sua functione impediuntur, hoc est, oritur deglutendi difficultas. *Causa Anginæ.*

§. 4. Quod si propter poros angustatos à sale, pituita & terra, *oriatur* vehementior materiæ primi elementi Transfluxus, succedit humorum stagnantium fermentatio, adaucta cum inflammatione, ex qua dolor intentus cum ardore & tumore, succedente febri, oriturque Angina vera, quæ magis vel minus est periculosa, pro ratione humoris stagnantis & prout in musculis internis vel externis hæret obstructio, vel quatenus humorum fermentatio vel major vel minor est, vel prout sales magis vel minus sunt acres, majori vel minori copia itidem adsunt. *Symptomata Anginæ veræ essentialia, & unde.*

§. 5. Hæc humorum, stagnantia si tanta sit, ut à musculis tumentibus suffocationis periculum imminet, vena liberaliter secanda venit. *Curatio à venæsectione incipiendâ.*

§. 6. Itidem clysteres injiciantur frequentes. *Clysteres injiciendi*

§. 7. Præscribaturque sequens gargarisma. *Gargarisma resolvens.*

℞. *Fol. scabiosæ*,
violarum,
taractici, *an.* mi ß.
Flor. sambuci,
rof. pall. an. mj.
Coq. ex s. q. aq. hord. col. ℥xx. adde,
Mellis rosacei, ℥i ß.
Syr. diamor. ℥ß.
Sp. vitrioli gutt. xx.
M. F. gargarisma.

Quando est repellendum. §. 8. Quod si tandem tantus sit affluxus, ut præsentania morte periendum sit æger, ne fortius repellatur & cohibeatur humorum impetus, sequens præscribito gargarisma repellens.

Gargarisma repellens.

℞. *Flor. rof. rubr.*
balaust. an. pij.
Cort. granat. ℥ ß.
Fol. quercus, mj.
Alum. crudi, ℈j.
Coq. ex aq. chalibeata, col. ℔i.ß. adde,
Mell. rof. ℥ij.
Rob. diamor. ℥j.
M. F. gargarisma.

Alladit paracelsi. §. 9. Laudatur à chymicis *aqua alladit paracelsi* præparata & distillata ex *limatura chalibis* aëri nocturno exposita.

Topica. §. 10. Exterius conveniunt linimenta & cataplasmata, ut

Linimentum.

℞. *Butur. recent. non saliti*, ℥j.
Olei lilior. alborum,
amygd. dulcium, an. ʒvj.
Croci tenuiss. trit. ℈ij.
M. F. linimentum applicandum si inflammatio vehemens non adfuerit.

In inflammatione vehementi. §. 11. Quod si inflammatio vehemens affligat ægrum, applicetur fotus *ex decocto litargiri auri cum acèto & vino an., additis flor. rof. pallid* ut

Fotus inflammationem resolvens.

℞. *Litargiri auri*, ℥i.ß.
Aceti & vini, an. ℥vj.
Flor. rof. pall.
sambuci, an. mj.
Coq. simul, donec acetum de acrimonia sua remiserit, colletur adde
Sp. vini camphorati, ℥j.
M. F. fotus, quô locus affectus tepide foveatur.

Cataplasma.

vel, ℞. *Rad. althea*,
lilior. alb. an. ℥j.
Nidor. hirondinis, No. j.
Ficuum,
Dactylorum, an. No. iv.
Albi græci, ℥ß.

Cepa-

Ceparum, ℨvj.
Coq. ex cerev., *coctis & pistatis*, adde
Far. althea,
sem. lini,
fœni græci, *an.* ℥j.
Vitell. ovorum, *No.* ij.
Croci orient. ℨij.
Olei chamemolini, ℥ij.
M. F. cataplasma.

§. 12. Ubi angina declinare incipit & à suo vigore amittit, præscribatur sequens gargarisma. *In declinatione.*

℞. *Heb. scabiosæ*, *Gargarisma.*
violariæ, *an.* mij.
Rad. liquir. ℨij.
Jujubarum, *No.* xij.
Ficuum, *No.* v.
Passil. ab acillis mund. ℥ß.
Coq. ex aq. hordei, *col.* ℥xx. adde
Syr. capill. veneris,
Mell. rosʃ. an. ℥j.
M. F. gargarisma.

§. 13. Similac æger deglutire poterit, & albus non respondeat, purgetur sequenti pulvere *Quando purgandum.*

℞. *Diagridi cum succo glycyrrh. præparati gr.* viij. *Pulvis purgans.*
Mercurii dulcis gr. vj.
Crem. tartari ℈j.
Sem. fœnicul. contusi, *gr.* xij.
M. F. pulvis purgans.

vel, ℞. *Fol. senn. mund.* ℨij. *Haustus purgans.*
Rhabarb. elect. ℨiß.
Sem. anisi,
fœnicul. an. ℨß.
Olei tartari per deliq. gutt. xxx.
Coq. ex aq. hord. col. adde
Mannæ calabr. ℥ß.
Crem. tartari ℈j.
M. F. *haustus.*

§. 14.

Haustus purgans.

§. 14. Vel simpliciter fiat infusio *sennæ cum agarico.*

vel, ℞. *Fol. sennæ mund.* ʒij.
Trochisc. agaric. ℈i ß.
Sem. anis.
fœnicul. ana ʒß.

Stent in infusione frigida in vini albi generosi ℥v. *vel* vj. *per noctem, leviter decantetur vinum & exhibeatur pro dosi.*

Aposema laxans.

§. 15. Vel præscribatur sequens aposema laxans.

℞. *Rad. cichor.*
asparag. an. ℥ij.
Herb. acetosæ, Mij.
Tartari rheani, ℥i.
Coq. in aq. hord. ℔ij. adde *in fine.*
Agarici trochiscati, ʒij.
Fol. sennæ mund. ℥i ß.
Rad. turbith, ℈i ß.
Colentur, colaturæ, adde
Syr. violar. ℥iv.
M. F. apostema laxans.

Cap. XIII.

De Phthisi.

§. I.

Definitio. PHTHISIS seu *tabes* est universi corporis consumptio, ex pulmonum ulcere orta, cum febri lenta & continua conjuncta; cui sæpe anhelitus fœtens, & tussis comitatur.

Pars affecta. §. 2. *Pars affecta* est *pulmo*, ut patet ex ulcere pulmonum: & *totum corpus*, quod constat ex macie.

Sanguis in pulmonibus sale nitroso nobilitatur. §. 3. Sanguinem nostrum ex dextro cordis thalamo, in pulmones delatum, ibi refrigerari, & ad consistentiam debitam reduci, imo illic à fermento aëris salino nitroso nobilitari, & vivificari, non abs re statuunt medici.

Et propter aërem di- §. 4. Prout enim aer, sese in pulmonibus miscens cum sanguine, diversis fœtus est particulis, eatenus etiam fermentationes nostri

nostri sanguinis liberius, commodius, vel difficilius succedunt, prout sanguis, vel justo magis à salibus aëris volatilibus resolvitur, vel a salibus acido-austeris ultra modum constringitur & figitur; quorum phænomena sese luculenter produnt in æstu urgente; vel frigore præmente. *Versis particulis fœtum, diversimodè fermentatur.*

§. 5. Non mirum insuper inprimitur tabes sanguini, si ipsi pulmones se male habeant, & præsertim si lympha acris, continuo pulmones ad tusses irritans, tandem irrodat sua acrimonia membranas pulmonum, quæ si ita vehemens fuerit, ut etiam orificia vasorum aperiantur, sequitur profusio sanguinis periculosissima, sæpissime ægrum suffocans. *Profusio sanguinis unde.*

§. 6. Mitior si erosio pulmonum est, capillaria tantum vasa erodans, tussis oritur valde molesta cum exulceratione pulmonum. *Phthisis unde.*

§. 7. Sanguis autem cum continuo deferatur ad pulmones, non possit non, quin secum vehat aliquas extravasati & putrescentis sanguinis particulas, quibus inquinatus valde male effervescit postmodum in corde, & inutilis evadet ad nutritionem rite peragendum, languet, febricitat, tussique molestâ excruciatur, & consumitur patiens, ac si in tempore non prospiciatur, morbus degenerat in vomicam pulmonis vix curabilem. *Symptomatorum explicatio per causas*

§. 8. Periculosus hic est morbus, quia pulmones propter continuam respirationem nunquam quiescunt, cum tamen ad consolidationem ulceris, quies maxime sit necessaria, morbus insuper valde suspectus esse solet, propterea quod medicamina antequam ad locum affectum penetrare valent, multum alterentur, & vix integris viribus ad interiora contingant. *Prognosis,*

§. 9. In principio itaque actissime habeatur ratio patientis, ut sales acres & corrosivi, pulmones suis angulis acutis infestantes, corrigantur & obtundantur & per sudores & catharsin educantur, sanguisque in sua justa mixtura & ordine retineatur, quod præstabunt sudorifera mineralia & metallica cum blandis anodinis mixta, quorum formas vide superius in catharris. *Indicationes.*

§. 10. Ad hoc suum præstabunt decocta ex lignis sudoriferis, & consolidantibus conflata, ut *Curatio.*

Decoctum consolidans.

℞. *Ras. ligni guajaci,* ℥i ß.
sassafras, ℥i.
Rad. salsa parill. ℥ij.

consolidæ maj. ℥i.
bistortæ, ℥ß.
glycyrrhyz. rasæ. ʒvi.
Herb scaniculæ, pyrolæ.
tussilaginis, hyperici aa. m. i.
Passul. cum toto ʒij.
Sem. quatuor frig. major. an. ʒj.
Coq. in s. q. aq. hord. s. a. col. adde
Mell. optimi, ℥iß.
Syr. de ros. sicc.
de symphyto, an. ℥j.
M. F. *decoctum consolidans.*

Linctus. §. 11. Linctus.

℞. *Syr. de symphyto,* ℥iß.
tussilagin. ℥j.
papaver. ℥ß.
M. F. linctus.

Balsama sulphuris. §. 12. *Balsama* & *tinctura sulphuris* tam simplicia, quam composita *ex sulphure fermento* cum *sale tartari*, summis laudibus efferunt chymici.

Balsamũ sulph. antim. §. 13. Ut & *balsamum sulphuris antimonii præparatum* cum sale mirabili clauberi.

Tinctura mumialis §. 14 Pro specifico habetur *tinctura mumialis* ex carne humano methodo nostro præparata.

§. 15. In illis, quibus febris ferocior est, convenit.

Sp. salis dulcis. *Spiritus salis dulcis,* &
Elixir, paracelsi. Aliis *elixir paracels. præparat. absque acido.*

Cristalli saturni. § 16. Conveniunt *cristalli saturni cum nitro.*

Lac capellum. §. 17. Uti & *lac capellum* recens mulctum cum *nuce moschato.*

Cap. XIV.

De Pleuritide Vera.

§. I.

Definitio. PLEURITIS VERA est inflammatio menbranæ pleuræ costas succingentis, & musculorum intercostalium internorum

rum, conjuncta cum dolore exquisito punctorio lateris, febri acuta, difficultate respirandi & tussi.

Distinguitur à notha, aliisque cognatis morbis.

§. 2. Differentiam, quâ pleuritis vera à nothâ, aliisque cognatis morbis distinguitur, proposuero. Differt autem pleuritis vera à *nothâ*, quod in notha pleuritide, quæ fit ab inflammatione musculorum intercostalium & externæ partis thoracis, nulla febris, vel si aliqua adsit non adeo acuta, tussis nulla, dolor etiam est mitior, isque pulsans non pungens, neque ad jugulum, neque ad inferiora extenditur. Distinguitur porro pleuritis vera à *peripneumoniâ*, quod dolor in eo percipitur non adeo acutus, sed gravis, difficultas respirandi major, ut ægri sæpe recta cervice spirare cogantur. Ab *inflammatione diaphragmatis* differt, quod dolor in latere non urget, sed extrema costarum ad finem ossis sterni dolent, ventrisque pars, ubi diapbragma est, dolet. Ab *inflammatione hepatis* loco doloris, qui perpetuo est in dextro latere, neque is pungens est, sed gravans, tumor intra costas nothas percipitur, tussis est sicca.

Mixtio sanguinis naturalis, &

§ 3. Quamdiu partes sanguinis justum inter se servant ordinem, legitimeque inter se miscentur spiritibus animalibus sanguinem vivificantibus & temperantibus, sanguis noster dulcis & balsamicus est, eoque in statu nec acorem, nec acredinem, nec putrefactionem suscipit unquam, sed debita consistentia per sua fertur vasa.

Quomodo ea turbatur.

§ 4. Verum quocumque in casu sanguis, orificia vasorum suorum perrumpens, extravasatus, hæret in partibus solidis; ibique moram nectitur diutiorem, fermentationem suscipit præternaturalem à materia primi elementi, per poros sanguinis extravasati alteratos vehementius transeunte, quam inflammatio, nec non salium sanguinis ad acorem evexio sussequi solent, per fermentationem enim adaucta sales attenuati, & fluorem adepti, acescunt, ac proinde in quacumque corporis nostri parte hoc contingit, non potest non, quin magna molestia persentiatur in parte affecta, & principaliter si pars fuerit menbranosa multis nervorum ramis donata.

Pars affecta.

§. 5. Hinc non mirum est, ægros tam anxie torqueri, cum hæc in menbrana costas investiente, contingunt, vel si hoc fiat in ipsis musculis intercostalibus.

Dolor punctorius.

§. 6. Acrimoniâ enim suâ sanguis extravasatus vellicans men-

branam pleuram, vel ipsos musculos intercostales exquisitissimo dolore latera afficiuntur.

Respirandi difficultas, §. 7. Et propter tubulos musculorum intercostalium obstructos difficultatem respirandi oriri, necessum est.

Tussis molesta, §. 8 Quod si hoc in casu etiam ipsi pulmones inflammatione corripiantur & acredine infestentur, tussis oritur molestissima.

Et febris acuta unde. §. 9. Sanguis insuper extravasatus fermentationem peregrinam suscipiens, sua effluvia salino sulphurea in actum per fermentationem educta, reliquo sanguini communicat, eumque inquinat, qui cum ad cordis ventriculos defertur, ibi male fermentatus, febremque inducit, vocaturque hic affectus pleuritis, à laborante & præter naturam affecta menbrana pleura, estque dolor laterum exquisitus, conjunctus cum febri, & quandoque cum tussi.

Indicationes curativa. § 10. Laborandum quam primum, ut sanguinis vehementior motus sistatur, ne extravasatio fiat major, quod ordinarie fit per repetitas venæsectiones, & per anodina sanguinis motum inhibentia, ejusque acredinem temperantia.

§. 11. Tentetur insuper extravasati sanguinis resolutio, per diaphoretica fixa mineralia & metallica.

§. 12. Metus enim est, si hoc per diaphoretica volatilia medicus moliatur, ne inflammatio & extravasatio augeatur, insuper diaphoretica fixa sanguinem præ cæteris ad debitam suam mixturam & ordinem reducunt.

Curatio. §. 13. Exhibeantur vero omnia, quæ sanguinis acorem absorbere & enervare possunt, qualia sunt alkalia omnia fixa vel ad naturam illorum accidentia, ut

Pulvis acrem sanguinem alterans,

℞. *Ocul. cancr. præparat.* ʒij.
Mandibularum luci piscis,
Ras. dentis apri,
Ossium dactylorum, an. ʒj.
M. F. pulvis pro quinque dosibus.

Bolus sudorificus & anodinus.

vel, ℞. *Theriaces venet.* ℈ij.
Diascord. fracast. ℈j.
Reg. antimonii med. gr. xij.
Camphoræ, gr. iij.
Laud. opiat. gr. i ß.
Salis prunellæ, gr. x.
M. F. bolus.

vel,

vel, ℞. *Diascord. fracast.* ℈ij. *Haustus sudorificus & anodinus.*
Confect. de hyacint. ℈i.
Ocul. cancri præparat. gr. x.
Reg. antimonii med. gr. x.
Mercurii diaphoretici Jovialis, gr. x.
Tinctur. opii, ʒiij.
Dissolv. in s. q. aq. melissæ,
borag. an.
M. F. haustus.
℞. *Herb. card. benedicti, violarum,* *Aposema.*
scabios. an. mj.
Sem. levistic, dauci, an. ʒii.ß.
Rad. fœnicul. ℥ij.
Uvar. corinth. ℥j.
Coq. in s. q. aq. hord. col. adde
Salis prunell. ʒiß.
Spir. nitri dulcis, ʒij.
M. F. aposema.

§. 14. Pro siti extinguenda, *Pro siti.*
℞. *Conf. boraginis, melissæ,* *Claretum*
calendulæ, an. ℥j.
Dissolv. in s. q. aq. hord. colentur, col. adde
Syr. violarum, papav. rheados, an. ℥j.
Salis prunell. ʒj.
Sp. nitri dulcis, ℈iv.
M. F. claretum.
vel, ℞. *Flor. cyani, buglossæ, an.* m. j. *Julapium*
Coq. in s. q. aq. hord. s. a. col. adde
Sacchari candi
Sp. salis, q. s. ad gratiam,
Syr. papav. rheados, ℥.ß.
M. F. julapium.

§. 15. Exterius locus affectus foveatur sacculô *arenâ* repletô *Topica.* vel *milio*, vel *sale communi*, vel *pane recenter ex clybano extracto*, vel *omentum vervecis calens applicetur*, vel *ceratum de cumino malacatum cum oleo ceræ.*

 vel,

Linimentum. vel, ℞. *Unguenti martiati,*
nervini, an. ℥ß.
populion. ʒiij.
Olei ceræ,
philosophorum an. q, s. *ad formam linimenti*
M. F. *linimentum*, quo pars affecta illinatur.

Cataplasma. §. 16. Anodinum in externo dolore mitissimum est *lac dulcis cum medulla panis* in formam cataplasmatis coctum, cui additur *croci*, & *Camphoræ pauxillum.*

Emplastrum. §. 17. In ultima necessitate *opium* in *sp. vini* solutum
vel, ℞. *Sperm. cæti*, ℥ij.
Ceræ albæ, ℥iv.
Gummi galbani in aceto s. a. dissoluti, ℥j.
M. F. *Emplastrum*, parti dolenti applicandum.

CAP. XV.

De Asthmate.

§. 1.

Definitio. ASTHMA est frequens & præternaturalis respiratio, cum sibulo, sonitu & aliquando tussi conjuncta, præsertim nocturno tempore.

Causa. §. 2. *Causa* asthmatis est materia viscosa, & si tussis adsit, etiam acris & scorbutica, organa respiratoria nimis comprimens & vellicans, motumque mere convulsivum inducens.

Respiratio maxime necessaria §. 3. Sanguinem nostrum fervide ex dextro cordis tholamo erumpentem, in pulmones requirere commercium aëris, partim ut ad debitam rediat consistentiam, partim ut universali aëris fermento vivificetur, jam à longo tempore observarunt medici. Denegato enim hoc aëris commercio pro tempore, periunt animalia quævis respiratione indigentia, pulmonum itaque bronchia seu ramificationes arteriæ asperæ, ubi satis ample patent ad aërem absque resistentia admittandum, sanguis libere cum aëre miscetur, suumque ex eo haurit paubulum, halitusque fuliginosos in eo deponit, qui in exspiratione eliminantur.

Symptomatum explicatio §. 4. Verum si contingat, vel ipsas ramificationes arteriæ asperæ à

ræ à pituita viſcida anguſtari, vel glandulas & cellulas pulmonum à materia quâdam tenaci impartiri & obrui, aër cum difficultate, ſibulo & moleſtiâ pulmones ingreditur, & cum anhelatione expellitur, oriturque reſpirandi difficultas magna cum anxietate conjuncta.

§. 5. Quæ prout gradu differunt, eatenus etiam à medicis in *orthopnæam* vel *dyſpnæam* vel *aſthma* diſtingui ſolent. *Differentia.*

§. 6. Reſpiciendum hoc in caſu ad materiæ pituitæ & viſcoſæ reſolutionem & expulſionem. *Indicationes.*

§. 7. Quidam ſuadent in principio, ubi vires conſtant, & præcipue ſi æger ſit amplo & lato pectore, vomitorium, cujus formam petere poteris ex *vitro antimonii correcto per nitrum* ut ſupra dictum, vel ex infuſione *croci metallorum* correcta cum *oleo ſulphuris per camp. & ſyr. violarum.* *Curatio.*

§. 8. Præparetur ſequens elixir mellis *Deſcriptio elixiris mellis.*

℞. *Mell narbonenſis, vel opt.* ℥iv.
Alcobol vini ſubt. ℥xx.
Circulentur per viij. *dies, alcohol vini eſſentiam mellis imprægnatum, ſeparetur à fœcibus absque perturbatione, iiſque* adde
Sp. ſalis volatilis, ℥ij.
Circuletur per ij. *dies*
M. F. elixir mellis.

vel, ℞. *Raſ. ligni Guajaci,* ℥iß. *Decoctum incidens.*
ſaſſafras, ℥ij.
Cort. thamariſci, ʒvj.
Rad. enulæ camp. ℥iß.
Herb. eupathor. M.ij.
cent. minoris M.ß.
Sem. naſturtii, dauci,
aniſi, an. ʒi.
Coq. in ſ. q aq pl. ut a. eſt addendo in fine,
vini emuſi ℔. 1. *col.* adde
oxymell. ſcillit. ℥ij.
ſalis card. bened. ʒij.
ſp. ſalis ammoniaci ʒiß.
M. F. decoctum incidens.

§. 9.

Elixir paracelsi. §. 9. Conducit hic etiam *elixir Paracelsi cum acido sulphuris per campanam præparatum.*

Electuarium. vel ℞. *Sacchari cand. pulv. q p.*
Stillatim eo cum misceatur tantum,
sp. salis volatilis, ut referat consist. electuarii, adde in fine olei anisi gutt. aliquot,
M. F. electuarium, de hoc bis terve de die capiat æger quantum cultri cuspide contineri potest.

Tabellæ. §. 10. Etiam conducunt hæ tabellæ,
℞. *Pulv, rad. hellen, enulæ campanæ,*
iridis flor. an. ʒi.
zinziberis, macis aa. ℈i.
flor. benzoin, ℈ß.
sulphuris, ℈iß.
sacchari, aq. hyssop dissolut. ℥iij.
M. F. s. a. tabellæ.

Decoctum brassicarum rubrarum. §. 11. Vulgus laudat *decoctum brassicarum rubrarum cum sacchare* temperatum pro potu, vel excoctum ad *syrupi* consistentiam pro linctu.

Pilulæ purgantes & incidentes. § 12. Purgantia sunt ex illis, qui pituitam potenter incidunt & educunt, ut
℞. *Gummi ammoniaci,*
Bdellii in aceto scillitico dissoluti, an. ʒß.
Flor. sulphuris ʒiij.
Fol. tussilagin. saturejæ sicc. &
pulv. atriplicis, an. ʒß.
M. F. *cum s. q. syr. de hyssop. pilulæ*, cujus dosis a. ℈j. ad ℈ij. exhibeantur bis terve in hebdomada duas horas ante cœnam.

Haustus purgans. §. 13. Pituitam incisam potenter educunt.
Res. Jalappæ,
Agarici,
Turbith in vitello ovi solutum; ut dictum supra.

CAP. XVI.

CAP. XVI.

De Tussi.

§. I.

TUSSIS est vehemens pectoris efflatio, quâ id, quod spirandi instrumentis est molestum, vi aëris expellitur. *Definitio*

§. 2. Pulmones nostros admodum esse sensiles, facileque ad tussin excitari, quotidiana testatur experientia: Si enim casu vel guttulæ liquoris cerevisiæ, vini, & similium, vel mica tantum panis per negligentem deglutionem descendat per arteriam asperam ad pulmones, tussis oritur continua, donec peregrinum illud adventitium sit excussum. *Tussis à causâ externâ.*

§. 3. Talis enim est constitutio nostri corporis, ut orta in quavis parte acris vellicatio, sequatur vehemens spirituum animalium influxus in musculos exclusioni materiæ peccantis inservientes, quod potissimum putamus fieri à nervo acriter vellicato, suum orificium latius expandente, quô magis capax evadit ad majorem portionen spirituum absorbendum & admittendum. *Quì tussis producitur.*

§. 4. Si itaque lympha, quâ continuo pulmones irrigantur, vel catharri aliunde ad pulmones delati, inficiantur acri sale vel ad acidum vel muriaticum vel alkalicum inclinante, orietur continua & molestissima pulmonum vellicatio, quam ilico committitur vehemens spirituum animalium influxus in musculos thoracis, & in diaphragma, materiæ acri expellendæ inservientes, orieturque tussis vehementior vel remissior, diuturnior vel brevior, prout sales magis vel minus peccant sua acredine. *Tussis à causa interna & differentia tussium.*

§. 5. Laborandum itaque est, ut acrimonia salium acidorum temperetur per illa, quæ acidum infringunt & inbibuunt, ut *Sales acidi temperantur per testatia.*

Corallia,
Oculi cancri,
Conchylia.

§. 6. Muriatici sales per anodina pinguia & viscosa temperentur, utpote per *Sales muriatici temperantur per anod na*

Pilulas de cynaglossa,
Tincturam opii,

 Syr. &c.

Syr. Papaveris ,
De althea Fernelii,
Succum glycyrrhyzæ inspissatum, per
decocta ex salsa parillæ, chinæ, rad fœnic., consolidæ major., per
Elixir mellis cum *alcohol vini* præparatum.

Elixir mellis.

Et per acida volatilia.

§. 7. Infringuntur vero & destruuntur sales muriatici per
acida *Sulphuris,*
Nitri,
Vitrioli.

Sequestrationem seri sistantia.

§. 8. Sequestratio autem seri ex nimio sanguine sistatur per illa, quæ sanguinem in justam suam mixturam reducere, & conservare valent, qualia sunt sudorifera mineralia & metallica, ut
Regulus antimonii medicinalis,
Antimonium diaphoreticum,
Bezoar minerale ,
Mercurius diaphoreticus Jovialis, mixtus cum blandis anodinis sanguinem leniter incrassantibus, ut *diascordium*, *tinctura opii* &c.

Anodina blanda.

Balsama sulphuris.

§. 9. Prosunt hic insuper *balsama sulphuris* tam *ordinaria* quam *antimonialia* cum *oleis dulcibus anisi & fœniculi* extracta, ut horum pinguedine balsamicâ pulmones defendantur, ne ex continua vellicatione & erosione affectus hic degeneret in hæmoptysin seu sputum sanguinis.

Prognosis.

§. 10. Erosis enim vasis sanguineis pulmonum, quod quam profusio sanguinis exspectanda, cui si non cum extrema diligentia in principio prospiciatur, non raro ægri in vomicum pulmonis, phthisin incidunt, vel quandoque eo sanguine copioso ex suis vasis erumpente subito suffocantur.

Liquor limacum.

§. 11. In extrema violentia tussis pro arcano laudatur *liquor limacum*, ex limacibus ligno acuto transfixis stillans, dosis ad guttulas x vel xij in *cerevisia calida saccharata.*

Curatio tussis cum sanguinis profusione conjuncta

§. 12. Quod si vero medicus sputa cruenta, vel purum sanguinem excerni observaverit, per adstringentia & corroborantia vasorum occlusio, & consolidatio tentatur, ut
℞. *Trochisc. de terra sigillata,*
Corall. rubr. præparat.

Lap. hæmathites, an. ℈i.
Pulv. hali contra tabem,
Spec. diatragacant. frig. an. ʒi.
Conſ. roſ. rubr. ℥i.
Syr. de ſymphyto, q. ſ. ad formam conditi,
M. F. conditum adſtringens. *Conditum adſtringens.*

vel, ℞. *Boli armeni, terræ ſigillatæ,*
Lap. hæmathites, an. ʒß.
Sacchar. roſacei, ℥ß.
Albi ovorum cum aq. roſ. fortiter agitati,
q ſ. ad formam linctus.
M. F. linctus adſtringens. *Linctus adſtringens.*

§. 13 Præſcribunt chymici *tincturam corallorum cum ſucc. berberis vel limonum* recenter extractum. *Tinctura corallorum.*

§. 14. Non inferiores hic obtinet *tinctura martis* adſtringens ex lapide hæmathites præparata. *Tinctura martis adſtringens.*

§, 15. Conveniunt inſuper decocta ex adſtringentibus & lenientibus conflata, ut *Apoſema adſtringens.*

℞. *Rad. tormentillæ,*
biſtortæ, an. ℥ß.
conſol. major. ʒvi.
Herb. ſcaniculæ, pyrolæ,
ſummit. hyper. an. Mi.
Coq. in ſ. q. aq. chalybeatæ, ſ. a. col. ℥xx. adde
Syr. de ſymphyto fernel. ℥iij.
M. F. decoctum adſtringens.

vel, ℞. *aq. plantaginis,*
roſarum, an ℥ij.
Lap. hæmatithes, ℈ij.
Corall. rubr. ʒi.
Laud. opiat. gr. iij.
Syr. myrtini, ℥iß.
M. F. mixtura adſtringens. *Mixtura adſtringens.*

Cap. XVII.

De Palpitatione Cordis.

§. 1.

Definitio. PALPITATIO CORDIS est inordinatus, vehemens & vere convulſivus cordis motus.

Fermentatio & efferveſcentia ſanguinis quid, & quì peragitur in corde. §. 2. Sanguis noſter, cum delabitur in cordis thalamos, illic agitatur, ſecundum minimas ſuas particulas dividitur & attenuatur, hoc eſt, fermentatur, ad hoc contribuens ſuum & ipſum cordis fermentum, vel à reliquiis ſanguinis fermentatis generatum, vel per arterias coronarias eò delatum, ad quod non leve momentum adfeit ignis vitalis in corde accenſus, & à continuo materiæ primi elementi transfluxu excitatus & continuatus, quippe quæ materia primi elementi omnis fermentationis & efferveſcentiæ eſt prima cauſa & origo.

Palpitatio cordis naturalis unde. §. 3. Sanguis autem attenuatus & quoad minima diviſus, majus deſiderat ſpatium ad motum ſuum abſolvendum, ac proinde impingens in latera ventriculorum mucronem, ad baſin accedere cogit, dilataturque ventriculus, quam ventriculorum diſtentionem ilico ſequi ſolet copioſus ſpirituum animaluum influxus, in fibras cordis excluſioni ſanguinis dicatas, oriturque continuum ſyſtole & dyaſtole cordis, hæc cum placide fiunt & naturaliter, ſentitur quidem pulſus cordis ſe dilatantis & contrahentis, ſed adeo regularis & temperatus, ut inde homo nullam ſentiat moleſtiam, iiſque pulſibus adeo aſſueſcit, ut de conſuetis anima non judicat, nullamque inde poſtea perſentiat moleſtiam.

Palpitatio cordis præternaturalis unde. §. 4. Verum ſi ab acri & craſſo ſale cordis fibræ inimicè vellicentur & irritentur, vel ſi particulæ quædam terriſtriores, quæ non ſat cito attenuari & rarefieri & fermentari valent, moram duitiorem nextant in ventriculis cordis quam par eſt, orietur vehemens ſpirituum animaluum in fibras cordis influxus, ad ſales ſibi infeſtos, vel partes terreſtriores nimis dui moram nextentes, vel ſanguinem copioſius allabentem, ne ſuffocetur circulatio, cum vi excludenda, perſentietque æger tremorem & palpitationem cordis ingratam & moleſtam, vel majorem vel minorem, prout prædictæ cauſæ magis vel minus peccant.

§. 5. In

§. 5. In acri & crasso sale juncto cum particulis terrestribus, conveniunt decocta & sudorifera ex lignis & radicibus, additis illis, quæ blando sale & oleo constant, ut *Curatio ejus à materia viscosa & sale crasso producta.*

℞. *Ras. ligni sassafras*, ℥ii ß.
sandali citrini, ℥ij.
Rad. acori, fœniculi ana ℥j. *Decoctū.*
enul. camp. ℥i ß.
Herb. melissæ, betonicæ an. mj.
chamedrios mi ß.
Fol. lauri, m. ß.
Cort. citri, ℥ ß.
Sem. anisi, fœniculi an. ʒij.
dauci ʒj.
Coq. s. a. in s. q. aq. pl. addendo in fine,
Vini generos. ℔j. *col. adde*,
Sp. salis ammoniaci, ʒj.
Salis card. bened. ʒij.
Syr. de stechade, ℥ij.
M. F. decoctum.

vel, ℞. *Spec. diambræ, diamoschi*, *Conditum.*
dianthos, an. ℈ij.
Cons. anthos, flor. salviæ,
Cort. citri conditorum, an. ʒv.
Syr. de stechade q. s. ad form. conditi,
M. F. conditum.

vel, ℞. *Diascord. fracas.* ʒj. *Haustus sudorificus & anodinus.*
Reg. antimonii med. gr. xx.
Croci optimi, gr. viij.
Laud. opiati, gr. j.
Olei sulphur. per camp. gutt. vj.
Diluantur in s. q. aq. fœniculi. &
menthæ, exhibeanturque pro dosi,

præcipue in illo casu, ubi medicus judicat sales peccare muriaticos salsos, vel

℞. *Theriac. ven.* ʒj. *Haustus sudorificus.*
Ocul. cancr. præparat.
Salis abs. an. ℈j.

Reg. antimonii med. gr. xv.
Dissolvantur in s. q. aq. card. bened. adde
Olei cinamom. gutt. j. *aut* ij.
M. F. haustus sudorificus.

Curatio ejus, ubi sales acidi peccant.

§. 6. Ubi sales peccent acidi pro cardiaco insigni sequens tibi inserviet *elixir regium.*

Descriptio elixiris regii.

℞. *Flor. rosarum sale conditarum vel recent.* ℔j.
chariophill. rubesc. obscurè ℔. ß.
Sp. vini rect. ℔ii ß.
Stent in digestione xxxxviij *horas, lenique postmodum igne destillentur absque empyreumate. in rastro verò alembico ponantur*
Ambræ griseæ, gr. xxx.
Moschi orient ℈i ß. *petia involuta.*
In vaso vero recipiente collocato
Lign. aloës resinosi raspati, ℥ß.
Flaved. cortic. limon. ℥i ß.
aurant. ℥ß.
Digerentur simul per ij. aut iij *dies* addendo
Olei cinamom ʒß.
Edulcoretur hoc elixir cum
Syr. flav. cort. limonum absque igni facto, hoc est, chymice præparato, per spiritum & saccharum tabellatum simplici mixtura in formam syr. redactum.
M. F. *elixir regium.*

CAP. XVIII.
De Febribus in Genere.

§. I.

Definitio.

FEBRIS est mala & perturbata sanguinis mixtura, varia producens symptomata.

Divisio, & Differentia.

§. 2. *Divisio* febrium est *duplex*, aut propter durationem & intervalla quædam, aut propter symptomata urgentia.

§. 3. *Differentia* propter durationem est etiam *duplex*, vel *continua*, vel *intermittens.*

§. 4. *Continua* dicitur *febris*, quæ à primo momento suæ invasionis

ſionis permanet usque ad ultimum monentum ſuæ durationis, absque ulla remiſſione. *Continua febris quid.*

§. 5. *Continua* eſt etiam aut *ephemera*, ſive *diaria*, quæ per unum permanet diem: aut *ſynocha*, latinè *continens* dicta, quæ per plures dies durat. *Continuæ diviſio.*

§. 6. *Synocha febris* eſt aut *acmaſtica*, quæ nec accreſcit, nec decreſcit: aut *epacmaſtica*, quæ continuo accreſcit, aut *paracmaſtica*, quæ perpetum decreſcit. *Synochæ diviſio.*

§. 7. Continuis annumerantur, quæ aliquas exacerbationes & remiſſiones habent, & ſunt 1. *quotidiana continua*, quæ quolibet die remiſſionem habet: 2. *tertiana continua*, quæ tertio die remiſſionem habet. 3. *quartana continua*, quæ quarto die remiſſionem, ſive exacerbationem habet. *Quæ continuis omninerantur febres.*

§. 8. *Intermittens* eſt *febris*, quæ poſt intervalla nunc breviora nunc longiora, diverſis rediit paroxyſmis. *Intermittens quid*

§. 9. Intermittens dividitur propter intervalla, 1. in *quotidianam*, quia quotidie novus rediat paroxyſmus præcedenti reſpondens: eſtque *duplex* vel triplex, quoties eodem die duo, treſve ſibi proportione variâ ſucceſſive reſpondentes producuntur paroxysmi. 2. in *tertianam*, quando tertio die novus redeat paroxysmus: eſtque *duplex* vel *triplex*, quæ ex duobus ttibusve tertianis conſtant, ſive in *duplici* eodem die bini, aut alternis diebus ſinguli revertantur paroxyſmi: ſive in *tertianâ triplici* uno die bini, altero unus, aut quandoque uno die terni, altero nullus infeſtent paroxyſmi. 3. in *quartanam*, dum poſt duos intermiſſionis dies revertatur paroxyſmus: eſtque duplex vel triplex. 4. In *quintanam*, *ſextanam*, quæ aliquando obſervantur. *Intermittentis diviſio.*

§. 10. His febribus intermittentibus adduntur vagæ. *Vaga.*

§. 11. Cauſa *febris ſynochæ* eſt ſal & ſulphur volatile, quod vel propter acrimoniam & volatilitatem à pituitâ in foco febrili retineri nequit, vel quia ipſa pituita tam mollis & fluida eſt, ut acrimoniam fermentorum pro tempore reſiſtere non poſſit. Cauſa vero *quotidianæ intermittentis* eſt materia ſalino-pituitoſa; ſed in *tertianâ intermittente* eſt materia acido-auſtera, nec non pituitoſa. In *quartanâ* autem *intermittente*, eſt materia magis viſcoſa & terreſtris, ſalibus rigidioribus & craſſioribus conſtans. In *febri* vero malignâ ſive peſtilentiali eſt materia ſive fermentum peregrinum non tantum *Cauſa harum febrium.*

tum valde activum, sed insuper acre & corrosivum sanguinis mixturam & fermentationem valde turbans & coagulans.

Quod sol ad nos qnotidiè demittat effluvia.

§. 12. Solem ad nos quotidiè demittere effluvia subtilissima, motum & vitam sublunaribus cunctis tribuentia, & conservantia, cuique varias anni tempestates consideranti, manifestum est.

Hyemê vero pauca,

§. 13. Hyemê enim propter obliquum solis situm ad terram pauci, & non nisi valde obliqui ad nos derivantur radii, ac propterea motus, & in quibusdam etiam ipsa vita, pro tempore quasi suffocata videtur: torpent ranæ, muscæ immobiles jacent, privantur suis foliis arbores, semina terræ commisca otiosa jacent, nec illorum principia activa ab universali hoc fermento in actum educuntur, & pleræque quasi mortis imagine sopita jacent.

Sed verê plura & meliora, eorumque effecta.

§. 14. Verum succedente verê, soleque altius supra nostrum horizonten ascendente, radiosque copiosiores magisque directos ad nos mittente, omnia quasi reviviscere, & ad novam vitam revocari videntur subtilissimis materiæ primi elementi effluviis, horum principia activa in actum educentibus, nec hic materiæ subtilissimæ transfluxus solummodo locum habet in inanimatis, sed propter suarum particularum tenuitatem quorumvis animalium vitam & motum dirigit, cujus luculenta observare licet experimenta in brutis, quæ tempore veris in æstum concitantur venerium, ex agitante materiæ primi elementi partes illorum seminales liberiori motu, quæ per totum hyemis spactium non nisi languido concitabantur motu, qui furor tamdiu durat, donec particulis salino-sulphureis volatilibus discussis, sanguis ad pristinum redeat temperamentun, imo hæc particularum seminalium agitatio tam vehemens est in quibusdam, ut quædam bruta in furorem vertantur, & licet cicurata nullorum suorum dominorum habeant rationem, ut hoc in cervis, elephantibus observarunt physici, imo etiam ipso tempore veris, plerique mortales internam quæsi lætitiam persentiunt absque ratione manifesta ex liberiori ætheris trasfluxu, sanguinem blandius fermentantis, quique per totam hyemen languentibus morbis fuere detenti, circa veris initium solamen persentire solent, quæque medicamina in hyeme morbos schronicos superare non potuere, à fermento hoc universali adjuta hoc debellare solent.

§. 15. Hic materiæ subtilissimæ transfluxus, si fiat secundum poros

poros ſanguinis figuræ & motui materiæ primi elementi convenientes, & correſpondentes, nullam inde homo perſentit alterationem, nec moleſtiam. *Materia ſubtiliſſima transfluxus, quando prodeſt,*

§. 16. Sed ſi contingat, ſanguinem per fermenta perigrina in mixtura & partium ſuarum ordine valde alterari, hinc pori per quos materia primi elementi libere transibat, in figura ſua multum immutari neceſſum eſt, & non poteſt non, quin magnæ inde excitentur turbæ. *Et quando nocet,*

De Febribus intermittentibus.

§. 17. Hiſce enim ſubito anguſtatis & coarctatis, pro tempore oritur impeditus liberioris materiæ ſubtilis transfluxus, hinc particulæ ſanguinis tardius motæ, & ſegnius in corde fermentatæ, calorem debitum corpori communicari nequeunt; friget itaque & languet corpus, & pro ratione ſalium acrium in peregrinis fermentis contentorum cum ſanguine ad partes ſenſibiles menbranoſas delatorum, oriuntur rigores intentiſſimi: Verum cum materia ſubtilis continuo impetum facit in ſanguinem, ad poros ſibi reſtituendos, tandem vehementius ſanguinem concutiendo, ardores introducit moleſtiſſimos, quippe ſanguinis particulæ, quaquaverſum motu celeriori agitatæ, calorem ſuſcipiunt intenſum, duratque ille paroxysmus, donec ſanguinis ad priſtinam reducatur mixturam, poroſque obtineat trajiciendæ materiæ ſubtili correſpondentes absque reſiſtentia, & donec fermenta perigrina ſanguinis mixturam perturbantia, vel per ſudores, vel per inſenſibilem transpirationem, vel per urinas ſint educta, quo in caſu materia ſubtilis absque ulla moleſtia ruit per poros ſanguinis, illumque blande tantum fermentat. *Symptomatum Febrium explicatio per cauſas.*

§. 18. Redit autem paroxyſmus, ubi fermenta perigrina in focis ſuis ſtagnantia, ad iſtum acredinis ſtatum perveniunt, ut obſtructiones ſuas erodere valeant, ſeſeque cum ſanguine confundere queant, in quo eandem ſcænam abſolvunt ut ante, duratque illa Febris intermittens, donec fermentis temperatis, & pituitâ viſcidâ obſtructiones faciente ſoluta, ſanguinis mixtura non perturbetur amplius, febrium itaque intermittentium *Paroxysmus Febrium Quando redeat, & ejus cauſa.*

causam adscribimus fermento salino acido austero, nec,non pituitæ viscidæ, obstructionem in pancreate causanti, quæ fermenta certis quibusdam temporibus exaltata, & in sanguinem acredinis gradum attingentia, pituitam erodunt, seseque in intestina exonerant, vasaque lactea pertranseundo in vena subclavia sanguini se miscent, prædictasque turbas excitant, interim ductibus pancreatis de novo à pituita obstructis, stagnat fermentum, & successu temporis exasperatum, de novo suam obstruentem pituitam perforat, reditque paroxysmus.

1. *De Febris tertianæ Curatione.*

Curatio Febris tertianæ. §. 19. Laborandum itaque, ut pituita incidatur & educatur, & fermenta acido-austera sanguinis mixturam perturbantia enerventur, & eliminentur, quibus temporantibus,purgantibus & sudoriferis perficietur.

Pilulæ purgantes.

℞. *Pilulæ nost. cathol.* ℈i, *vel gr.* xxv.
Formentur pilulæ N° vij, *pro dosi.*

Pilulæ purgantes.

vel, ℞. *Extract. cathol.* ℈i.
Mercurii dulcis, *gr.* viij.
Trochisci alhandal. gr. iij.
Olei macis still. gutt. iv.
M. F. pilulæ N*o.* vij.

Haustus purgans.

vel, ℞. *Resinæ Jalappæ gr.* vj.
scammonii gr. iv.
Dissolv. in vitello ovi, adde
Aq. menthæ ad formam haustus.
Tartari vitriolati ℈ß.
Olei carui, *gutt.* iij.
M. F. Haustus purgans.

Pipulæ purgantes.

vel, ℞. *Purgantis universalis antimonii gr.* vj.
Fxtract. ros. ℈i.
Formantur pilulæ N°. vj, *pro dosi.*

Bolus sudorificus. §. 20. Corpore rite purgato præscribatur sequens sudoriferum & anodinum.

℞. *Reg. antimonii med.* ℈i.
Mercurii diaphor. Jovialis gr. v. *vel* vi.

Dia-

Diascord. fracast. ℈ij.
Confect. de hyacinth. ℈i.
Salis card. bened. gr. x.

M. F. Bolus, quo assumpto exhibeatur insuper æger *tinct. opii cochl.* j. *aut.* ij cum *vino aut cerevisa.*

§. 21. Hæc autem fiant per horam i, aut iß, ante paroxysmum, ægerque se ad sudores componat, ut antequam fermentum obstructiones suas resorans, se cum sanguine miscere queat, medicamentum hoc in actum educatur. *Quando sudorifera sunt exhibenda.*

§. 22. Si lingua sit arida, æstusque vehemens torqueat ægrum, ℞. *Diascord. fracast.* ℈ij. *Bolus sudorificus, si lingua sit arida.*
Confect. de hyacint. ℈i.
Reg. antimonii med. gr. xij.
Camphoræ, gr. iv.
Sacchari saturni, gr. iij.
Salis prunell. gr. x.

M. F. bolus sudorificus.

§. 23. Quod si hæc minus fœlicius succedant, vena secetur hora iß ante paroxymum, & ut dictum prius, prædicta exhibentur medicamenta. *Vena secanda quando.*

§. 24. Pro siti exstinguenda exhibeatur *decoctum flor. cyan* & *buglossæ* ut dictum supra. vel *spiritus nitri* stillatim per guttulas aliquot cum cerevisia vel potu ordinario mixtus, potenter situm exstinguit. uti etiam *sal prunellæ* per successivas doses exhibitum a℈ß. ad gr. xv. cui majoris efficaciæ gratiâ *camphoræ*, aut *sacchari saturni* gr. ij vel vij admisceri possunt. *Pro siti.*

§. 25. Quidam carpis manuum applicare solent sequentem mixturam. *Mixtura carpis manuum applicanda.*

℞. *Fol. ranunculi incis. & maculat.* mj.
Cort. interioris sambuci, mß.
Fuliginis camini splendentis,
Salis communis.
Piperis nigri, *an p.* ij.

Misceantur inter se, & humectentur *aceto sambucino*, & inter duo lintea comprehensa carpis manuum alligentur & continuo aceto sambucino humectentur.

Hauſtus febrilis. §. 26. Vulgus exhibet muſchatam nucem cum alumine.

Mixtura diaphoretica & anodina. §. 27. Ubi æger ad ſudores pervenit, medicamentumque in actum eſt eductum, ſequenti mixturâ, ſanguinem ad bonam mixturam redactum, regito

℞. *aq. meliſſæ, boragin.*
Card. bened., menthæ an. ℥i.
Cinamomi, ℥ß.
Reg. antimonii med. gr. xxx.
Salis prunellæ, ℈iß.
Ocul. cancri, præparat. ℈i. *vel gr.* xxv.
Tinctura opii, ℥ß.
Syr. de limonibus, ℥i.
M. F. mixtura diaphoretica.

Pulvis diaphoreticus. §. 28. Quod ſi per ſales medicus judicet rem fœlicius ſucceſſuram, ſequens præſcribatur pulvis ſudorificus,

℞. *Salis abſinthii,*
card. bened. an. gr. xij.
Bezoard. miner. gr. x.
Croci optimi, gr. vi.
Laud. opiat. gr. i.
Tartari vitriolati, gr. v.
M. F. pulvis diaphoreticus.

2. *De Febris quartanæ curatione.*

Curatio febris quartanæ. §. 29. Febres vero quartanæ intermittentes ſua diurnitate & pertinacia, ſufficienter oſtendunt illarum ortum eſſe ex materia magis viſcoſa & terreſtri, ſalibuſque rigidioribus & craſſioribus obſtructiones pertinaciores parentibus, quæ ſe non facile ſuperari & reſolvi patiuntur, niſi in principio vel adhibetis generoſioribus medicamentis,

Deſcriptio Mercurii præcipitati albi purgantis ℞. *Mercurii præcip. albi vulgaris, q. p.*
Oleo vitrioli eroretur, ut inde paſta formari queat, exponantur ſoli, donec exſiccentur, hoc tertia vice repetito, & tandem pluvia ablueto ad gratam aciditatem pulveris remanentis. Ita enim obtinebis præcipitatum correctum, per inferiora fœliciſſime operans, tenaciſſimaſque humores incidens & edu-

& educens.

M. F. Mercurius præcipitatus albus purgans, dosis à gr. v. ad x.

vel, ℞. *Vitri antimonii in subt. pollinem triti, q. p.* *Descriptio vitri antimonii correcti.*

Oleo vitrioli itidem eroretur, ut inde pasta formari queat, exsiccentur supra ignem, & hoc tertia vice repetatur, digeraturque postmodum cum sequenti sp. vini rect.

(nempe ℞. *masticbes*, ℥i.

sp. vini rectif. ℔i.

digerantur & destillentur ut artis est.) *Mastichino per* xxv. *dies, digestione sp. vini mastichini peracta cum vitro antimonii coquantur simul, & in fine sp. vini accendatur. Ita enim obtinebis vitrum antimonii per inferiora purgans, dosis, a. gr.* iij. *ad* viij.

§. 30. Pro purgante tibi insuper inservient *Mercurius vitæ correctus.*

Mercurius vitæ correctus,

Præcipitatum solare, & lunare,

Asoth solificatum, dosis a gr. ij. *ad* v.

§. 31. Purgationibus peractis, per sudores, vel per insensibilem transpirationem, vel quandoque per sedes, sequens arcanum potenter operatur.

℞. *Antimonii Hungarici per ignem naturæ multiplicatum calcinati, hoc est, per radios solares consentratos per speculum ustorium, (cave tibi à fumis copiose adscendentibus) calcinationem autem hanc tam diu continuo, donec antimonium ad pristinum rediat pondus.* *Descriptio purgantis ex antimonio hungarico*

℞. *Hujus antimonii hung. calcinati*, ℥i.

Sp. summi vegetabilis, sive sp. vini rect. ℔ß.

digerantur p. xiv. *dies, noctesque, hujus circulati exhibeantur* ʒij *vel* iij *in commodo vehiculo appropriato.*

vel, ℞. *Rad. bryoniæ*, ℔i. *Vinum medicatum.*

raphani rust ℔ij.

Herb. cochlear, M. viij.

Contundantur, iisque adde

Vini albi generos. ℔iv.

Digerantur per viij. *dies noctesque,*

Destillentur postmodum ex mariæ balneo ad siccitatem.

℞. *Hujus destillati*, ℥iij.
nucis moschati in vino saccharato, ℈i.
M. F. haustus mane & vesperi exhibendus.

Descriptio purgantis & vomitorii ex antimonio.

vel, ℞. *Salis tartari q. p.*
Butyrum antimonii rect. eocum stillatim confunde, donec ebullitio cessat, exsiccentur leni igne, & præparatum habebis purgans antimonii quandoque lenissime per vomitum operans, quod potentissime obstructiones pertinaciores resolvit, dosis a gr. iij. ad viij.

Bolus sudorificus.

vel, ℞. *Reg. antimonii med. gr.* xxv.
Antimonii diaphoret. jovialis gr. x.
Theriaces ven ʒi.
Salis card. bened. ℈ß.
M. F. bolus sudorificus.

Quando vomendum.

§. 32. Quidam in principio suadent vomitorium, quod quandoque cum fructu succedit,

Decocta prosunt.

§. 33. Prosunt insuper decocta ex lignis & radicibus, generosiora salibus volatilibus *ammoniaci*, fixisque *card. benedict.* nobilitata.

Uti sal vol. oleosum.

§ 34. Uti & sales volatiles, & aromatici per intervalla ex haustu vini sumpti.

Et exacta diæta.

§. 35. Multum contribuit ad curam diæta exacta, qua ordinariè quartanari diutioribus moris peccare solent, ordinariis medicamentis nihil proficientibus.

Quo modo china chinæ sit utenda.

§. 36. Ad *chinam* chinæ confugere solent tanquam ad sacram ancoram, sed experientia edocuit, quod si china chinæ exhibeatur, corpori præcipue impuro, quod plus noxæ & damni quam utilitatis adferat; brevi enim recidivam patiuntur, & morbus ingravescere solet, unde non levis est suspicio, chinam chinæ focum febrilem pro tempore tantum obstruere, manente interius hoste in insidiis, qui malâ diæta exasperatus, majores excitant turbas quam ante.

Primo sit corpus præparandum.

§. 37. Purgetur itaque ante usum chinæ chinæ æger, ut tantum pituitæ viscosæ & salium educatur, quantum fieri potest, præscribaturque ipsi sequens vinum medicatum.

Decoctum sive vinũ medicatum.

℞. *Ras. ligni sassafras*, ℥i.
guajaci, ℥ij.
Cort. tamarisci,

Auran-

Aurantium,
Citri, an. ʒiij.
Rad. enul. campanæ,
Raphani rust. an. ℥ß.
Herb. cent. minoris,
*Chamedrios, an. M*j.
Bacc. juniperi.
Lauri. an. ʒiij.
Sem. dauci, nasturtii, aa. ʒi.
M. F. species pro vino medicato, quibus affundantur,
Vini alb. ℔ v.
Sp. vini vulg. ℥v.
Digerantur per 48. *horas.*

Quod si purgans volueris, capito *Vinum medicatum purgans.*
Prædictor. ℔ß. *iisque adde*
Fol. sennæ mund. ℥i.
Trochisc. agar. ℈ij.
Rad. turbith, ℈i.
Macis, ℈iß.

§. 38. Corpore itaque per purgantia & alterantia bene præparato, si chinam chinæ exhibere animus sit. *Præparatio chinæ chinæ*
℞. *Cort. chinæ chinæ. pulv.* ʒij.
Vini Hispanici, ℥vi.
Stent in infusione in cineribus calidis per noctem, detur pro dosi hora i. *ante paroxysmum.*

§ 39. Quidam præscribunt infusionem *ligni colubrini*, vel ipsum lignum in substantia. *Haustus ligni colubrini.*

§. 40. Interea pergat æger, dum febris sopida jacet in usu vini medicati, & stricte diætam observet suam, ita enim fermenta febrilia sensim evanescunt, & pituita viscida inciditur & attenuatur, & foras educitur. *Diæta observanda.*

3. *De Febribus Continuis.*

§. 41. Quod si vero fermenta ita volatilia & acria sint, ut pro tempore à pituita in foco febrili retineri nequeant, vel pituita mollior & fluidior fuerit, ut acrimonia fermentorum pro tem- *explicatio symptomatum febris continuæ per causas.*

tempore resistere non possit, ita ut antequam paroxysmus prioris febris solvatur, accessus sit sequentis febris; vel si tota sanguinis massa inquinata sit, oritur febris continua, à fermentis peregrinis continuo sanguinis mixturam perturbantibus, ejusque fermentationem in corde alterantibus, hisce figentibus sales & sulphura nostri sanguinis, tandem per continuatas extraordinatas fermentationes se ex nexibus & vinculis aliarum partium exstricant, & in libertatem se vendicantes, furiabundum motum ebulliunt, ulteriusque sanguinis mixtura resolvitur, & ad putredinem vergit.

Status corporum putrescentium. §. 42. Ille enim est status corporum naturalium putescentium, ubi singulæ particulæ seorsum abeunt, & pristinæ suæ societati renuntiant; quamdiu enim principia activa naturalium corporum suis crassioribus particulis ita manent involuta, ut cum iis certum ordinem & mixturam observare cogantur, tamdiu corpora conservantur in suo esse: verum si fermentatione intercedente, vincula corporum naturalia ita laxentur, ut sali & sulphuri volatili, (principiis sc. illorum activis) detur occasio avolandi, putrescit illud corpus, & ad interitum vergit: in hoc enim interitu corporum naturalium primo secessum faciunt sales & sulphura subtiliora, postmodum crassiora, itidem per fermentationem continuatam attenuata avolant unà cum phlegmate, & nil nisi caput mortuum post se relinquunt.

Indicationes curativæ. §. 43. Hisce in casibus maxime laborandum medico, ut vires conserventur, ut materia morbifica per sudores expellatur, ut sanguinis mixtura restituatur & conservetur, utque sales & sulphura nimium ebullentia figantur, & ad quietem reducantur, quod potissimum fiet cardiacis, sudoriferis fixis, acidis spiritibus, blandisque anodinis.

Mixtura diaphoretica.

℞. *Aq. melissæ, boraginis,*
card. bened. an. ℥ij.
Confect. de hyacint. ℈ij.
alkermes, ℈i.ß.
Reg. antimonii med. gr. xxx.
Sacchari, saturni, gr. x.
Salis prunell. ℈i.

Laud.

Laud. opiati, gr. iij.
Syr. de limon. ℥i.
M. F. mixtura diaphoretica.

§. 44. Si salium & sulphurum nostri sanguinis tantus sit impetus, ut prædictis non auscultet, exhibeatur *tinctura opii à cochleari* j. ad ij. in mixtura cardiaca. ***Tinctura opii.***

§. 45. Vires si ferant, instituatur venæsectio. ***venæsectio***

§. 46. Alvus indurata si fuerit, per clysteres emolliatur: vel si remissio notabilis se ostenderit, purgetur æger infusione *rhabarbari, sennæ cum cremore tartari*, cujus formulam vide supra. ***Quando purgandum, &***

§. 47. Corpore purgato exhibeatur haustus sudorificus, *ex regulo antimonii medicinali, diascord. fraccast, & saccharo saturni*, ut supra, vel ***sudorifera exhibenda.***

℞. *Rad. cichorii, scorzonell. aa.* ℥i. ***apozema.***
Rasuræ cornu cervi ℥ß.
Herb. card. benedicti, acetosæ aa. mi ß.
Tamarindorum.
Tartari rhenani aa. ℥ß.
Coq. in s. q. aq. pluv. s. a. col. ℔ij ß. adde
Syr. de limonibus.
violarum aa ℥i.
Nitri vitriolati ʒij.
M. F. apozema.

§. 48. Ad dolores capitis mitigandos, respice illa, quæ proposuemus capite de phrenitide. ***Pro capitis dolore.***

§. 49. Ad sitim intollorabilem exstinguendam, convenit *spiritus nitri, vel vitrioli* gustatim in cerevisia tenui vel *aq. hordei* exhibiti. ***Ad sitim exstingendam.***

Vel figetur sal *prunellæ* vel *nitrum vitriolatum* in sindone, & in *aq. card. bened.* madefacta sæpius linguæ imponatur. Vel dissolvatur *sal prunellæ* in pluvia & os sæpius eluatur.

vel, ℞. *Aq. hord.* ℔i. ***Julapium.***
Rob. de ribes, ℥ß.
Syr. de limonibus ℥i.
Olei sulphuris per camp. ad gratiam,
M. F. Julapium ad sitim exstringendum.

L vel,

Conditum.

vel, ℞. *Conserv. ros. pallidarum*
boraginis,
Rob. de ribes a. ℥ß.
Crem. tartari ʒiß.
Syr. de limon. q. s. ad form. conditi.
M. F. *Conditum ad idem.*

Caloris & frigoris explicatio, quibus æger eodem tempore simul corripiatur.

§. 50. Observarunt insuper practici, quod quandoque æger corripiatur tali febri, in qua eodem tempore & de calore & de frigore simul conqueritur, quod quidam adscribunt materiæ crassæ, lentæ vel pituitæ vitreæ secundum aliquam sui partem putricenti in venis, quæ ad partes sensibiles delata, calorem iis imprimit, altera vero sua parte aciditate peccans, & non putrescens frigus & rigorem inducit: alii vero hoc phænomenum potius deberi autumant, duabus intermittentibus eodem die concurrentibus, ita ut frigor unius incipiat, antequam alterius calor cessavit, vel cum intermittentes cum continuis concurrunt: In his enim calor ex continua perseverat, dum vero in accedente intermittente horror & frigus se manifestant: alii vero hoc menti deliranti adscribunt.

4. *De Febribus malignis sive pestilentialibus.*

Malignitatis natura constat, vel in sanguinis coagulatione.

§. 51. De febribus malignis ac pestilentialibus acturi, oportet, ut inquiramus naturam malignitatis, quam variis modis considerare possimus, vel quatenus sanguinis nostri mixtura à fermentis heterogeneis subito constringitur, & coagulatur, ita ut ineptus evadat ad fermentationem in cordis thalamis suscipienda, hoc est, satis attenuari, & dividi in minimas partes nequit, ac proinde circulatio impedita, æger suscumbat, necesse est. hujus effecta luculentur se produnt in *opio*, *mandragora*, *hyoschyamo*, quæ sanguinem inspissando, prædicta incommanda promovent.

Vel in nimia sanguinis resolutione,

§. 52. e Contra vero, malignitas se conspicienda tradit in nimia sanguinis resolutione, qua superveniente, sanguis putrescit, hoc est, ipsius sulphura & sales volatiles à fermento contagioso in actum excitata, & ultra modum fermenta, secessum faciunt à reliquis sanguinis particulis, & sic distruitur tota mixtura sanguinis, avolante enim sale & sulphure volatili, quod

reli-

reliquum eſt, ſe habet inſtar vappæ & capitis mortui, hoc eſt, revera putreſcit, ſanguis inſuper nimium reſolutus, majori copia & impetu in ventriculos cordis & Pulmones ruens, quam par eſt, itidem circulationem ſanguinis ſuffocare valet, quo in caſu ſubito exſtingitur æger.

§. 53. Denique ſanguini noſtro ſupervenit malignitas, quando peregrina fermenta non tantum valde activa ſed inſuper acria & corroſiva ſanguinis mixturam & fermentationem valde turbantia, eocum miſcentur, & hoc in caſu periculoſa & funeſtra ſymptomata ſe oſtendere ſolent, morbo longo lateque ſe diſtendente, ad hæc medicus diſtinctè attendere debet, ut pro varia conſtitutione veneni, curam ſuam dirigat. *Vel ſanguini malignitas ſupervenit, quando fermenta acria & corroſiva ſunt.*

§. 54. In nimia itaque reſolutione ſanguinis juncta cum acri ſale, tentet medicus, antequam corroſivum ſedem fixam ſibi capiat, illud vel per ſudores ejicere, quod potiſſimum fiet per ſudorifera fixa mineralia juncta cum illis, quæ corroſivum demulcere & ſanguinis mixturam nimium reſolutam, reducere valent. ut *indicationes curativæ in nimiâ reſolutione.*

Hauſtus ſudorificus.

℞. *Diaſcord. fracaſt.*
Confect. de hyacint, *a* ℈i.
Theriaces ven. ℈ij.
Ocul. canci. ppt. gr. xv.
Reg. Antimonii med. ℈i.
Nitri vitriolati, ℈ß.
M. F. Bolus *in aq. card. benedict. & prophylacticæ, an. q. ſ.* Solvendus

Hauſtus ſudorificus.

vel, ℞. *Theciaces venet.* ʒi.
Confect. alkermes, ℈i.
Antimonii diaphor. ſolaris, *gr.* xxv. vel,
Ipſius loco, bezoard. miner. gr. xij.
Salis prunell. ℈ß.
Camphoræ, *gr.* iij.
M. F. Bolus, ut ſupra ſolvendus

Sudoribus erumpentibus, exhibeatur ægro ſingulis quadrantibus de ſequenti mixtura cochlear 1.

Mixtura diaphoretica.

℞. *Aq. meliſſæ*, ℥iij.
Theriacalis camph. ℥iß
Cinamom. ℥ß.

 Pro-

Prophylact. ℥i.
Confect. alkermes, ℥i ß.
Ocul. cancr. præparat. ℈ij.
Reg. antimonii med. gr. xxx.
Nitri vitriolati ℈i.
Sp. vitrioli q. s. ad gratiam.
M. F. Mixtura diaphoretica.

Sal tostum. §. 55. Quidam in principio exhibent sal *tostum* & *decrepitum* cum aquâ calida hauriendum: Sperantes ex sale tosto detersionem veneni, se ventriculo vel intestinis applicantis, aquâ vero calidâ ablutionem, & eductionem veneni per sudores.

Flores sulphuris. §. 56. Postmodum pro sudorifero exhibent *flores sulphuris* cum vino generoso calido, de quo vide helmontium in tumulo pestis.

Vomitoria in principio à quibusdam laudantur. §. 57. Quidam in principio suadent vomitorium, præcipue si vires ægri hoc ferre queant, cui usui inserviet practico *vitrum antimonii per nitrum correctum*, ut dictum supra, cum requisitis aliis conditionibus *syr. violar*, & *olei sulphuris per campanam.*

Balsami sulphuris compositi descriptio. §. 58. Laudantur hic balsama sulphuris tam simplicia quam composita, descriptio ejus.

℞. *Flor. sulphuris*, ℔i.
Mirrhæ, ℥iij.
Aloes succotrinæ, ℥ij.
Croc. optimi, ℥i ß.
Campora ʒiv.
Digerantur cum s. q.
Olei Juniperi, & succini rect. an.
Et f. s. a. balsamum.

Elixir paracelsi. Conducit hic insuper *elixir paracelsi* cum acido sulphuris præparatum: uti & *elixir magni thuconis*, cujus præparationem vide in ipsius vita descripta, temperetur inter medio, quo æger sudoriferis non utitur.

§. 59. Subinde exhibeatur haustus sequentis aposematis.

Apozema ℞. *Rad. enul. camp.* ℥i ß,
Scorzonell. ℥i,
Angelicæ, dictamni,
Ras. Cornu. cerv. an, ℥ß.

Herb.

Herb. ſcordii, card. benedicti,
Meliſſæ, an. M i.
Bacc. Juniperi, ℥ß.
Cort. citri, aurantii, an. ʒij.
Sem. dauci, ʒi.
Coq. in ſ. q. aq. pl. in fine addendo.
Vini rheani, ℔ 1. *colentur, col.* ℔ijß. adde
Nitri vitriolati, ℈iv.
M. F. Apoſema ſive decoctum.

vel, ℞. *Pulv. liberantis,* — Conditum
diambræ, an. ʒi.
Rad. enul. camp. cond.
Conſ. roſ. pallidarum,
Diaſcord. Fracaſt. an. ℥ß.
Olei Juniperi, ℈i.
Tartari vitriolati ℈ij.
Syr. helleni.
enul. camp. an. q. ſ. ad form. conditi,
M. F. Conditum.

In alvi fluxu.

§. 60. Alvi fluxus ſi ſupervenerit. — *Hauſtus adſtringens.*
℞. *Terræ ſigillatæ,*
Cornu cervi uſti,
Corall. rubri præparat. an. ℈i.
Diaſcord. fracaſt ℈ij.
Theriaces venet, ℈ß,
M. F. Bolus *in aq. card. bened.* diſſolvendus.

vel, ℞. *Corall. rubr. præparat.* — *conditum adſtringens.*
Cornu cervi. uſti,
Terræ ſigill aa. ℈ij.
Conſ. roſ. rubr. ʒß.
Corn. cydonior. cond.
Rob acaciæ,
Diaſcord. Fracaſt, an. ʒiij.
Syr cydonior. q. ſ. ad form. conditi.
M. F. Conditum adſtringens.

Præstant etiam in vomitu. §. 61. NB. Quod hæc etiam locum habeant in vomitu.

In Carbunculo.

§. 62. Quod si acre venenum transierit in Carbunculum, huic sequens apponite topicum,

Cataplasma.

℞. *Farin. rad. althææ*,
sem. lini,
Pulv. scordii,
Pollinis far. tritic. an. ℥ß.
Coq. cum s. q. aq. pl. ad formam pultis, cui adde
Mellis, therebinthinh,
Unguent. apostul. an. ʒiij.
Spicis liquidæ,
Unguenti basilici, an. ʒij.
Vitell. olii, N°. 1.
Croci optimi ℈i.
M. F. cataplasma, calideque carbunculo applicetur.

Cataplasma vulgus. §. 63. Vulgus imponit *folia brassicarum rubrarum* cum *oleo raparum* inuncta.

Emplastrum diacholum cum gummi. §. 64. Chyrurgi præscribunt *diacholum cum gummi* mixtum cum *unguento basilico*.

§. 65. Chymici summis laudibus extollunt suum magnetum arsenicale, ut

Descriptio emplastri magnetis arsenical.

℞. *Antimonii, sulphuris*,
Arsenici cryſtall, an. ℥ij.
Fundantur in vase fictili, donec massa lapidis formam induat, qui in pulverem contritus, sequentibus additamentis in formam emplastri redigatur, ut
Gummi ammoniaci,
sagapeni,
galbani, an. ℥iß.
Dissolvantur in aceto ut artis est.
Ceræ.
Therebinth. an. ℥ij.
Olei succini, ℥i.
Capitis mortui vitrioli ab omni sale edulc. ℥ß.

Modus

Modus componendi hic esse: cera & therebinthina liquescant leni igne, addantur gummi & exacte inter se misceantur, quibus tunc adde lapidis arsenicalis ℥i ß. tandem terram vitrioli, ultimo oleum succini, agitetur continuo, donec omnia bene sint subacta & mista, massaque refrigerata, malaccetur cum oleo scorpionum & præparatum erit emplastrum magnetis arsenicale, virus ex carbunculo extrahens, eumque maturans & postmodum consolidans.

In Bubonibus.

§. 66. Bubonibus vulgus imponit *cœpas* assatas & contusas cum *theriaca* & *butyro recenti.* vel, *Cataplasma vulgus.*

℞. *Rad. lilior. alb.* ℥ij.
althææ, ℥i.
Herb. rutæ, scabiosæ,
althææ, an. m. i.
Ficuum No. ix.
Cœpar. sub ciner. assat. No. viij.
Sterc. columbini,
Ferm. panis acidi, an. ℥i ß.
Far. triciti, ℥ ß.
Fiat *cataplasma s. a.* addendo in fine,
Mellis,
Unguenti basilici,
Olei scorpionis,
Butyri recentis, an. ℥i.
M. F. cataplasma.

Cataplasma.

In morbis soporosis.

§. 67. Quod si vero venenum magis peccat, sanguinem opprimendo, ejusque fermentationem in corde minuendo, lethargum, morbosque soporosos producendo, conducit omnia, quæ sanguinis mobilitatem & vivificationem promovere valent, qualia sunt, quæ sulphure & sale volatili gaudent copiosa, ut *Specifica in febribus malignis.*

Theriaca,

Orvien-

Orvientanum,

Mithridatum, quæ potentiora longe evadunt, si misceantur cum

Sale volatili viperarum,
Cornu cervi,
Eboris & similium.

Elixir regium. §. 68. Insignum cardiacum erit elixir regium, superius præscriptum, ut etiam sequens haustus,

Haustus sudorificus.

℞. *Theriac. venet.* ʒi.
Confect. alkerm. ℈i.
Ocul, cancr præparat. gr. xv.
Salis vol. c. c. ℈ß.
Antimonii diaphor. solaris, gr. xij.

F. bolus *in s. q. aq. menthæ, & majoranæ,* dissolvendus.

Mixtura diaphoretica. §. 69. Sudore promovente, sanguis in officio suo contineatur sequenti mixtura, ut

℞. *Aq. menthæ,*
majoranæ,
card. bened. an. ℥iß.
cinamom. ℥ß.
Elixiris regii, ℥i.
Reg. antimonii med. gr. xxx.
Ocul. cancr, præparat. ℈i.
Confect. alkermes, ʒi.
Folior. solaris, No. v.
Syr. de stechade,
de mentha, an ℥ß.

M. F. mixtura cochleatim per intervallum mediæ horæ exhibenda.

Balsama cephalica. §. 70. Conducunt hic balsama cephalica temporibus, naribus, & regioni cordis inuncta.

Suffimigium. §. 71. Uti & suffimigia ex *succino, mastiche* & *cariophillis* conflata.

Pro

Pro præservatione.

§. 72. Pro præservatione quidam præscribunt sequens electuarium, ut

Electuarium præservans.

℞. *Ficuum,*
Nucleor. nucum jugland.
Folior. rutæ recent. an. ℔. i.
Contundantur in mortario lapideo fortiter tenendo, donec bene uniantur, adde postmodum
Salis communis ℥i.
Syr. limon. q. s. ad form. electuari,
M. F. electuarium præservans.

conditum præservans.

vel, ℞. *Rob. juniper.*
de ribes,
carn. cydon. cond. an. ℥i.
Syr. de limonibus q. s. ad form. conditi,
M. F. conditum præservans.

Specifica conservantia.

§. 73. Quidam *mirrham* ore continuendam & masticandam præscribunt. alii aceta cordialia, ut *calendulæ*, *rosarum*, *sambuci*, commendant; uti & *pillulas ruffi* semel in septimana sumptas. *elixir proprietatis Paracelsi*, *balsama sulphuris cum vino pota*. tutissima est fuga cito, longe cede, recede, tarde redi. aër emendetur suffimigiis ex *baccis juniperi*, & *thure*, *succino*, *pulv. pyrii*, *aceto in lateres candentes projecto.* Masticetur *radix angelicæ*, *zedoariæ*. Naribus *poma citrea cariophillis* dedolata offerantur. *Vinum generosum* ad hilaritatem potum vel *simplex*, vel *absinthites*, vel *enulatum* præscribatur. exacte habeatur *diæta*, ratio, ne cruditates generantur, *metus, tristitia, mœror*, cane & angue pejus vitetur. *Hilaritas* quavis occasione promovetur, ut homo accedat confidentia in clementiam & misericordiam Dei.

Cap. XIX.

De Febri Hecticâ.

§. I.

Definitio. HECTICA est *febris continua*, quæ tamen unâ, duabusve post assumptum alimentum horis tantillum exacerbatur & augetur, iterumque paulò post ad pristinam æqualitatem redit. Huic accedit *continua*, *lentaque corporis emaciatio* & *tussis*.

Prognosis. §. 2. Hæc in principio adeo lævis esse solet, ut vix percipiatur, nisi accuratissimè attendet medicus, sed postmodum gravescens, se satis difficilem curatu præbet, & quandoque totius corporis emaciationem & consumptionem causat.

Causa. §. 3. Hæc autem à diversis causis originem potest trahere suam, vel enim ab ipsis cordis poris celerius materiam primi elementi trajicientibus, quô in casu incurabilis habetur; vel ab apostemate pulmonum, sanguine continuo particulas purulentas abradente, & propter perigrinas istas particulas continuo in corde male effervescente.

Indicationes curativa. §. 4. In principio huic obviam eundum est medicamentis sanguinis fermentationem emendantibus, ejusque acrimoniam emulcentibus, quippe quô non tantum ex prædictis causis, sed insuper à fermentis pancreate, hepate, lieneque collectis, produci potest, unde sanguis ratione suæ fermentationis, & status sui balsamici, multum alterari potest.

Curatio ejus, ab sanguine acri producta *Pulvis sudorificus.* §. 5. Ad fermentationem emendandam, & compescendam præscribatur sequens pulvis,

℞. *Antimonii diaphor. solaris*
Reg. antimonii med. an. gr. x.
Camphoræ, *gr.* iij.
Sacchar. saturni, *gr.* iv.
M. F. pulvis ex *aq. meliss.* exhibendus.

Cardiaca fixa Conducunt hic cardiaca fixa, ut
Corallia,
Perlæ,
Folia solis,
Lapides pretiosi,

Con-

Confect. de hyacinthis,
Terra sigillata,
Diatragacantha frigida, &c,

§. 6. Quod si ex ulcere pulmonis originem traxerit, decocta convenient ex detergentibus, & consolidantibus conflata. *Curatio ejus, ab ulcere pulmonum producta.*

§. 7. Si consumptus seu *marasmodes* occupaverit ægrum, chymici summis laudibus eruunt *tincturam* suam *mumialem*, cujus descriptionem vide in chymiâ rationali. *Curatio atrophia.*

§. 8. Corpus subinde blande purgetur cum *cassia*, *thamarindis*, *decocto prunorum*, cum *syripo rosarum solutivo*, aut *de cichoreo cum rheo.* *Corpus subinde purgandum.*

§. 9. Multum prodest *nitrum vitriolatum:* ut & *saccharum saturni nitratum*, cujus præparatio est. *Pulveres alterantes.*

℞. *Sacchari saturni, q. p.*
Nitri purissimi tantundem,
Solvatur in pluvia, & confundantur simul, filtretur & evaporetur in crystallos, quos cum sequenti aposemate exhibeto, ut

Aposema.

℞. *Rad. cichorei,*
graminis, an. ℥i.
glyzyrr. ras ʒij.
Hord. mundati, ℥i.
Herb. lactucæ, portulacæ,
endiviæ, an. m. ij.
Passul. corinth. ʒij.
Sem quatuor frig mag. an. ʒi.
Coq ex s. q. pluvia s. a. col. ℔i ß. adde
Nitri vitriolati, ʒij.
Crystall. saturni nitrati, ʒi.
Syr. violarum, seu
althææ Fernelii, ℥ij.
M. F. Aposema.

§. 10. Pro specifico haberi solet famosum illud *antilacticum potum*, cujus descriptio est in chymia rationali. *Potum antilacticum*

§ 11. In victu conveniunt jusculа cum vegetabilibus, quæ blande *sale nitroso* constant, excocta, ut *lactuca*, *borago*, *endivia*. quibus ad demulandam sanguinis acrimoniam addi possunt, *hor-* *Diæta.*

deum mundatum, passula uvarum, & corintharum. prodest præcipuè usus *lactis hedini* recenter mulcti. uti & *gelatina cornu cervi.* potus sit *thismia* aut *cerevisia* mollis.

Cap. XX.

De fame auctâ, & imminutâ.

§. I.

Alimenta dentibus mastican-tur, & quare

ALimenta nostra, ut in ventriculo debitam subeant fermentationem, masticari & dentibus comminui debent, in quâ frictione multum salivæ se miscet cum iisdem, quæ partim inservit faciliori deglutioni, partim facit ad commodiorem concoxtionem.

Saliva, & fermentũ ventri-culi, Quibus particulis constant.

§. 2. Saliva enim liquor simplex non est, sed ex sero, salibus & multisque aliis particulis conflatus, hæc alimenta per æsophagum ad ventriculum detrusa, incidunt in ventriculi fermentum, quod sese intime mescens cum alimentis, eadem ad fermentationem disponit, cujus vero naturæ, & per quas vias hoc fermentum ad ventriculum derivetur, operæ pretium erit inquirere.

§. 3. Fermentum hoc esse salinæ naturæ excidendi & attenuandi potestate facilè colligi potest, cum nec oleo, nec sero hoc concedatur; insuper hoc fermentum participare de sale acido fluido & spirituoso multa sunt testimonia.

Causa famis auctæ

§. 4. In auctâ enim fame, plerumque ægri plurimun salem acidum solent evomere. in imminuta fame acida famem excitare & redintegrare valent. è contra acidum instringentia, salesque acidos obtundentia famem exstinguere solent.

Famis naturalis quid & quo modo produci-tur.

§. 5. Ex quibus concludimus, famen esse molestam sensationem, ortam à rasione menbranarum ventriculi, à succo quodam acido-salino, pungente nervos ventriculo insertos, cui non mederi potest, nisi exhibitis illis, in quæ succus ille agendo, ipsius spicula salina obtunduntur.

Concoctio alimento-rum in ventricu-lo unde.

§. 6. Ex mixtura itaque hujus fermenti acido-salini, salivæ & alimentorum, copioso sulphure & sale constantium, oritur fermentatio, ad quam promovendam multum, conducit partium circumjacentium calor & fotus.

§. 7.

§. 7. In hac alimentorum fermentatione, ſeu concoctione, ſolida communiuntur, attenuantur, dividuntur, fluoremque adipiſcuntur, ſenſimque gravitate ſuâ deſcendunt ad pylorem, & inteſtina tenuia, ulterius per bilem & ſuccum pancreaticum maturanda. *Quid alimentis in concoctione accidat, & quomodo novum fermentum generetur.*

§. 8. Portiones autem reliquæ diutius in ventriculo morantes, & ultra modum fermentatæ, acorem accipiunt gratum, & in novum abeunt fermentum, novæ fami & concoctioni promovendi deſtinatum, uti hoc in fermento panis præparando, & deſtillationibus ſpirituum ardentium luculenter patet. in hiſce enim, ſi fermentatio diutius, quam par eſt, protrahatur, acidi ſalini fermenti naturam in duere ſolent: quidem in auxilium vocant halitus acidos ſucci pancreatici ex inteſtinis tenuibus adſcendentes ad ventriculum: quidam vero etiam non absque ratione, arterias celiacas etiam ſuum contribuere autumant, quibus non ſimus difficiles.

§. 9. Hoc fermentum cum blandum eſt, temperatum acido-ſalinum, ſpiritibus animalibus fœtum, abſque ſenſibili turbâ deſtinatum ſuum opus abſolvere ſolet, incidendo, attenuando, dividendo, communuendo alimenta noſtra, quæ ad fluorem redacta, abſque moleſtiâ deſcendunt ad nutritionem peragendam. Verum vitiato hoc fermento aucto vel imminuto, non leves turbæ ſe oſtendunt in corpore humano. *Fermentum ventriculi naturale cujus naturæ.*

§. 10. Si enim fermentum hoc ventriculi ex temperatâ & ſpirituoſâ tranſiditate tranſeat in acre auſterum menſtruum, oritur ordinariè fames aucta, depravata, cum concoxtionis difficultate; alimenta enim ventriculo ingeſta, ab acri acido-auſtero fermento accepta, propter defectum activitatis ſalis volatilis ſpirituoſi maturari nequeunt, ſed unà cum auſtero & acri fermento deſinunt in liquamen acido-auſterum, quô motu admodum moleſtô membranas ventriculi vellicans, dolores ventriculi, etiam non raro vomitus excitari ſolent: experientiâ enim conſtat, quod fermenta ad inſignem acorem evexta, etiam temperatiſſima in ſui conſenſum trahant. ita enim, ſi aceto forti affundatur vinum, brevi temporis ſpatiô in acetum tranſit. Fermentum item panis brevi maſſam farrinaciam in ſui ſimile convertit, quippe fermentorum vires ſe infinitum extendunt, hoc proinde tali in ventriculo vigente fermento, non mirum eſt, alimenta actu non acida, tamen brevi tempore *Cauſa famis depravata,*

pore in acida converti: deest itaque tali fermento oleum & sal volatile, quibus mediantibus temporari debuerat, non sufficit enim ad concoctionem peragendam, ut fermentum sit acre & acidum, sed oportet insuper, ut oleo & sale volatili sit fœtum, ne in motu suo enervatur, sed hisce nobilitatum vivax & activum evadat ad alimentorum subactionem & fermentationem prompte promovendam.

Indicationes curativæ. §. 11. Respiciendum itaque est medico, ad fermenti emendationem, & restaurationem, quod duplici modo potissimum fiet, vel enervando & contrando acida per contrarios alkalicos, vel per illa, quæ sulphure & sale volatili acidum demulcent, temperant & vivificant.

Curatio famis auctæ.

§. 12. Ad acidum infringendum inserviunt *limatura chalybis* cum *saccharo*, ut

Pulvis ad acidum in fringendum.

℞. *Limaturæ chalybis tenuiss. tritæ, &*
Cribratæ, ℥ ß.
Sacchari pur. ss. ʒij.
Macis, ʒi.

M. F. pulvis tenuissimus, cui in hoc affectu addant, *olei cort. aurant. gutt.* IV. vel V. in obstructionibus mensuum adde huic pulveri, *olei sabinæ gutt.* IV. vel V.

Conducunt testatia & terrestria, §. 13. Conducunt etiam testatia & terrestria, ut
Corallia,
Conchilia,
Oculi cancri,
Lapis hæmatithes,
Perlæ,
Testæ ovorum ℈. ß. *est dosis.*

Etiam sales alkelisi §. 14. Ut & alkalisi sales omnes, ut
Sal tartari,
Nitri,
Card. benedicti,
Absinthii, & similes.

§. 15. Acidum austerum vivificant

Sales

Sales volatiles oleosi, & aromatici,
Aqua vitæ, imprimis
elixir regium superius descriptum. *Ut & sal volatile oleosum,*

§. 16. Sic olea stillatitia, ut *sic olea stillatitia,*
Oleum macis,
Menthæ.
Majoranæ,
Nucis musch. express.

§. 17. Et opiata & anodina demulcent, ut *& opiata & anodina,*
Diascordium fraccastorium,
Theriaca,
Tinctura opii,
Confectio de hyacinthis,
alkermes.

§. 18. Absorbent acida etiam occulto suo sulphure fixo & potenter corrigunt mineralia diaphoretica, & metallica fixa, ut *sed potenter mineralia diaphoretica, & metallica fixa.*
Antimonium diaphoreticum solare
Bezoar minerale,
Regulus antimonii medicinalis,
Mercurius diaphoreticus jovialis,
Crocus solis & lunæ.

vel, ℞. *Rad. enul. campanæ, acori,* *Vinum medicatum.*
Galang. an ℨiij.
Ras. ligni sassafras, ℥i.
Cort. ligni guajaci, ℥ß.
Herb. card. benedicti,
majoran. an. mi ß.
Sem. anisi, fœniculi,
dauci, an. ℨij.
Cinamomi, macis,
Cariophyll. an. ℈ij.
zinziberis, ℨi.
M F. species in vini gener. gall. ℔iv. *suspendendæ, quibus addantur.*
spiritus vini generosi, ℥x.
M. F. vinum medicatum.

vel,

conditum vel, ℞. *Specier. diagalangæ,*
aromatici rosati, an. ℨi.
Rad. enul. camp. conditi,
zinziberis conditi,
Conf. anthos, an. ℨvi.
Coral. rubr. præparat.
Ocul. cancr. præparat. m. ℨi.
Olei anisi, vel macis, gutt. vi.
Syr. de hellenio q. s. ad form. conditi.
M. F. conditum.

Pulvis alterans. vel, ℞. *Rad. calami aromatici,*
galangæ,
enul. camp. an. ℨij.
Zinziberis albi, cinamomi,
Cariophyll. an. ℨß.
Sem. anisi, fœniculi,
carui, an. ℨi.
Corall. rubr. ℨiß.
Sacchari ad pondus omnium,
M. F. pulvis dosis a ℨiß. ad ℨij. bis de die.

Ubi flatus urgent. §.19. Ubi flatus valde urgent, ventriculisque & inteſtina dolent

Hauſtus dolorificus. ℞. *Olei nucis muſchat. exp,* ℈i.
Salis abſinth. gr. x.
Laudan. opiati, gr. i. *ad gr.* ij.
Exhibeantur in potu vini gallici ſaccharati calentis, & per intervalla exhibeatur *ſpiritus carminativus Sylvii*, vel

Hauſtus ſudorificus & anodinus. vel, ℞. *Diaſcord. fracc.* ℈ij.
Theriaces ven. ℈i.
Antimonii diaphoret. ſolaris, gr. xx.
Corall. rubr. præparat. gr. xij.
Olei macis ſtill. gutt. IV.
M. F. bolus in *aq. menthæ*, & *majoranæ*. ſolvendus,

Mixtura diaphoretica, & dolorifica, vel, ℞. *Aq. menthæ, majoranæ,*
fœnicul. an. ℥i.
cinamomi, ℥ß.
theriacalis ſimpl. ℨvi.
ſp. carminati ſylv. ℥ß.

Corall.

Corall. rubr. præparat. ʒi.
Confect. de hyacint. ℈iv.
Antimonii diaphor. solaris aut simp. ℈ij.
Olei cort. aurant. gutt. x.
Syr. de mentha, ℥i.
M. F. mixtura diaphoretica.

Curatio famis imminutæ.

§. 20. Quod si vero oleo tenaciori obtundantur sales fermenti, famesque uti & concoctio naturalis suffocetur, conveniunt omnia illa, quæ oleum infringere valent, quod potissimum præstabunt acido-salsa, ut *Curatio per acido-salsa.*

Tartarus vitriolatus,
Nitrum vitriolatum,
Succi limonum,
ribesiorum,
Berberis,
Sprititus salis.
Nitri,
Vitrioli,
Oleum præcipuè sulphuris per campanam,
Cremor tartari, ex quibus prudens medicus sibi formulas componere poterit.

Cap. XXI.

DE ICTERO.

§. I.

ICTERUS est cutis in flavedinem mutatio, ab obstructione ductus choledochi, vel glandularum hepaticarum, producta. *Definitio,*

§. 2. Bilem in hepate ex materia sanguinea sequestrari, & partim ad felliculum fellis, partim per ductum cysticum in ductum choledochum derivari, & hinc in intestinum duodenum exonerari, anotomia edocet, quæ bilis vel maturationi, & ulteriori elaborationi chyli ex ventriculo descendentis inservit vel fæcibus crassiori- *sequestratio bilis, ejusq; usus*

ſioribus perfuſa, illas non tantum tingit, ſed ratione acris ſui ſalis, ipſis pro ſtimulo eſt, ad alvum ſui memorem conſervandam. Inteſtina enim acri ſale bilioſo vellicata, motun hunc moleſtum beneficiô nervorum cerebro communicant, ſequiturque celer ſpirituum animalium influxus in fibras inteſtinorum obliquè deſcendentes, unde fæcum alvinarum maturatur excluſio; hæc bilis exoneratio, ſi ſecundum ordinem naturæ procedat, multum commodi præſtare ſolet.

Bilem non eſſe excrementum. §. 3. Simpliciter enim bilis pro excremento habienda non eſt, ſed pro fermento valde utili & neceſſario, quippe mera excrementa non niſi cum damno miſcentur cum ſucco nutritio, vel ſanguine.

Cauſa icteri, & ſymptomatum explicatio per cauſas, §. 4. Verum, ſi propter obſtructiones in hepate, hæc bilis derivatio in inteſtinum duodenum interrumpatur, & ſiſtatur, magnæ perturbationes in corpore humano oriuntur, alvus enim ex defectu ſalis bilioſi ad excretionem ſui immemor evadit, & obſtipatur; fœces ex abſentia olei flavi bilis, ſuâ privantur tincturâ, cinerium induunt colorem: è contra vero cutis oculi flavedine inſigni afficiuntur; oleum enim & ſal, quæ in hepate ſequeſtrari ſolebant, cum ſanguine confuſa manent, & cum particulis nutrientibus ad extremas noſtri corporis partes delatæ, illic hærent, propterea quod ratione ſui olei & ſalis tingentis per poros cutis tam cito tranſpirare nequeant, quam quidem ſudores ex ſale volatili & ſero tenui conſtantes, cutis itaque oleo & ſali bilis inquinata, flavedinem inſignem refert, oriturque ille morbus, quem medici *icterum* vocant, qui vel *flavus*, vel *nigricans* eſt, pro ratione bilis magis vel minus vitiatæ.

Curatio. §. 5. In curatione reſpiciat medicus ad bilis peccantis & ſuperfluentis eductionem, ductuumque obſtructorum reſorationem.

Hauſtus purgans.

℞. *Rhabarb. elect.* ʒij ß.
Fol. ſennæ mund. ʒi.
Zinziberis, ℈i.
Sem. dauci, ℈i ß.
Olei tartari per deliq. gut. xxx
infundantur per noctem in ſ. q.
Seri lactis chalybeati, mane leviter ebulliat. col. adde
Tartari vitriolati, gr. xij.
Syr. de cichorio cum rheo, ℥ ß.
M. F. hauſtus purgans.

§. 6.

§. 6. Conducunt hic *pilulæ universales antimoniales ex antimonio vitæ correcto*, cum *extracto rhabarbari* exhibitæ. nec non *pilulæ ex gummi*, uti & *pilulæ spadanæ eligmanni*. *Pilulæ purgentes.*

§. 7. Non abs re erit per sudores obstructionum resolutiones tentare, quem in finem *mercurius diaphoreticus* tam *jovialis*, quam *per præcipitationem* factus, exhibeatur cum *theriaca*, ut *Obstrinctionis resolutio per sudores.*

℞. *Theriac. venet.* ʒi.
Mercurii cum oleo tartari per deliq. præcip. & guttula una aut altera sp. salis erorati, *gr.* iv. *Bolus sudorificus.*
Croci optimi, *gr.* x.
M. F. bolus sudorificus.

vel, ℞. *Theriac. venet.* ʒi. *Bolus sudorificus.*
Mercurii diaphoret. jovialis, *gr.* x.
Reg. antimonii med. gr. xij.
Salis tamarisci, *gr.* vi.
M. F. bolus sudorificus.

§. 8. Suum hic egregiè conducunt decocta, ex specificis præparata, ut *Decoctum*

Rad, chelidoniæ, *polypodii*,
Cort. tamarisci, *& cort. rad. capparum*,
Heb. bryoniæ, *chamedrii*, *cent. minor.*
Marubii, *eupathorii*,
Semen dauci, *& sileris montani*,
Ligna guajaci,
sassafras, *quorum col. addatur.*
Oxymel. scylliticum,
Sal tamarisci, vel *cardui bened.*
Spiritus salis ammoniaci.

§. 9. Vel in temperamentis calidoribus, ut *Vel per sp. acidos.*
Spiritus salis,
Nitri,
Vitrioli,
Oleum sulphuris per campanam. Conveniunt insuper, *tincturæ martis volatilis*, & *metallorum*: etiam vina medicata ex aperientibus & incidentibus conflata, ut
Aquæ chalybeatæ minerales artificiales,
spadanæ,

Spiritus aperitivus,
Vini tartarisatus,
Tartarus vitriolatus,
chalybeatus,
Mars aperitivus Willisii, in quovis liquore solubilis.

Præparatio martis aperitivi Willisii.

§. 10. Descriptio martis aperitivi Willisii, ut

℞. *Limaturæ chalybis purissimæ, p.* 1.
Terantur in pulverem tenuem, eique addantur
Tartari rhenani purissimi vel
Crem. tartari p. ij.
Terantur simul in pulv. tenuem, iisque addito vini rheani tantum, ut inde globuli formari queant, quos in aëre exsicca, & postmodum quando panes excoquuntur clymaco committito, pane excocto globulos eximito, & in pulverem terito, addito rursus vini rhenani tantum, ut globili formari queant, Eamque operationem 3 vel 4. vice repetito, sic enim tandem materia tua viridem acquiret colorem, habebisque martem potabilem in quovis liquore solubilem, cum quo facili negatio elaborari poterunt aq. spadanæ artificiales.

Descriptio aquæ spadanæ artificialis.

§. 11. Aquæ spadanæ artificialis descriptio.

℞. *Aq. fontanæ. q. p.*
Coquantur ad medium, iisque addito
Martis præparati (ut supra) tantum, quantum sufficit ad vitriolicum saporem induendum.

Quando phiolas obturare animus tibi est, sequenti odore sulphuris nobilitato.

℞. *sulphuris flavi, q. p.*
Fundito in patina terrea, fuso commisce
Coriandri aliquot grana contusa,
Linteaque trajicito, ut artis est in suffimentis Sulphuriis præparandis, portionem lintei sulphurati accendito, ejusque fumum in collum phiolæ flando cogito, & arte postmodum phiolas obturato. ita enim obtinebis aquam spadanam artificialem, odoris sulphuris nobilitatam, earundem virtutum naturalem.

Quod

Quod si vero, quidam patientes conquerantur ex usu harum aquarum artificialium debilitari ventriculum, ipsosque torqueri doloribus colicis, incommodo huic occurrere poteris, addendo pauxillum

Aq. vitæ mathioli vel
Essentiæ baccari juniperi cum proprio,
sp. extractæ.

§. 12. Hepatis regio inungatur sequenti unguento, *Linimentum.*
℞. *unguenti de arthanitæ,*
Adip. anseræ an. ℥ß.
Olei absinthii,
de palma, in quo folia cochlearia macerata sunt an. q. s.
ad formam linimenti.
M. F. linimentum.

CAP. XXII.

De Hydrope.

§. 1.

HYDROPS est aquosi humoris in habitu corporis, vel in quâdam cavitate stagnatio.

§. 2. Glandulæ passim per totum corpus dispersæ, non exiguum præstant corpori humano officium, quippe instar cribrorum subtiliorem, lympham à sanguinis massa sequestrant, quæ non pro inutili excremento habenda, sed quæ insignes usus habet in diversis casibus. *Lympha per glandulas sequestrata, non est excrementũ inutile.*

§. 3. Lympha per ductus salivales & glandulas, undiquoque per os dispersas, in os delata, 1. os humectant; 2. cum cibis mixta, faciliorem facit deglutionem, 3. non parum confert, ad eorundem fermentationem in ventriculo promovendam, quod ex orisâ, & quibusdam radicibus masticatis, & salivâ perfusis apparet, quæ propter salivam permixtam, spontaneam accipiant fermentationem, uti hoc in quibusdam indiis & chynensibus familiare est; 4. lympha insuper in glandulis faucium transcribrata, continuo fauces humectat, & perruit, & impedit, quo minus continuo sitis urgeat. Hæc eadem lympha ad saccum chyliferum delata, chylo viscidiori diluendo, & subtilisando inservet. Verum hæc *Probatur per ejus usus.*

 lympha

lympha cum in ſtatu naturali multum emolimenti adferat, non minus damni in ſtatu præternaturali miſero mortali creari ſolet.

Situs ab obſtructis glandulis faucium producta.

§. 4. Obſtructis enim hiſce glandulis, exareſcunt fauces, unde nobis ſitis moleſte ſenſus imprimitur, quæ non toll tur niſi per reſerrationem glandularum, quod potiſſimum fit per diaphoretica, utcumque enim in febribus ſe obruant ægri potu, ſitim tamen extingere nequeunt, niſi vel ſponte, vel arte glandularum obſtructio tollatur.

Differentia hydropis.

§ 5. Hæc vero ſi extravaſetur, ruptis vaſis lymphaticis, diluvium pernicioſum & inundationem feneſtram excitat, ſcilicet, *hydropem.* hæc vaſorum lymphaticorum ruptio, ſi contingat in pectore, oritur *hydrops pectoris*; in abdomine ſi fiat *aſcitis*, vel ſi acrimoniâ ſuâ vaſa capillaria erodat, lympha in extremis corporis partibus, gignitur *anaſarca.*

indicationes curativæ.

§. 6. In curatione reſpiciendum ad illa, quæ vel obſtructiones vaſorum lymphaticorum reſorare valent, vel ad illa, quæ acrimoniam lymphæ corrigere & enervare poſſunt: inſuper ad ſeri extravaſati eductionem, vaſorumque ruptorum conſtrictonem, & conglutinationem.

Seri extravaſati eductio per purgantia

§. 7. Inter phlegmagoga ſpecificè commendatur *hydragoga angli ſale*, cujus deſcriptionem vide in autoris reſentioris ſpagirica ſeptem planetarum terreſtrium.

Pilulæ purgantes

vel, ℞. *Pilul. cathol. noſtr. deſc.* ℈ß.
Mercurii præcip. ſolaris, gr. viij.
Reſ. jalapp. gr. iij.
Olei juniperi, gutt. iv.
M. F. pilulæ purgantes N°. v. deaurentur.

Hauſtus purgans.

vel, ℞. *Elect. cario coſtini*, ℥iij.
Reſ. jalapp. gr. v.
Tartari vitriolati, ℈ß.
Diſſolvantur in ſ. q. vini. enulati,
M. F. hauſtus purgans.

Pilulæ purgantes

vel, ℞. *Extract. cathol.* ℈i.
Mercurii vitæ correcti per tartarum & ſalem, gr. iij.
Trochiſc. alhandal, gr. ij.
Olei cariophyll. gutt. iij.
M. F. pilulæ purgantes N. vij.

vel,

vel, ℞. *guttæ gambæ sulphur. vel macerata cum* — *Pulvis purgans.*
Oleo tartari per deliquium, gr. v.
Rad. jalapp. pulv. gr. xv.
Trochisc. alhandal. gr. iij.
Sem. dauci pulv. ℈ ß.
Olei macis stillat. gutt. iv.
M. F. pulvis purgans.

vel, ℞. *Extract. esulæ*, ℈ij. — *Haustus purgans.*
Dissolvantur in sero lactis ℥v.
M. F. haustus purgans.

Quidam laudant extractum elaterii a. gr. i, ad iij, in sp. vini dissolutum.

§. 8. Ad aperiendum & corroborandum sequens præscribatur decoctum. — *obstructionis reseratio per decocta,*

℞. *Ras. ligni guajaci*, ℥iij.
sassafras, ℥ij.
Cort. tamarisci,
rad. capparum, an. ℥ß.
aurant. citri an. ʒij.
Rad. petroselini, apei,
enulæ campanæ, fœniculi aa. ℥i.
Coq. in s. q. aq. chalybeatæ, & vini, in quo silices candentes exstincti sunt sæpius an. ut artis est vel ℥100. *col. adde*
Oxymell. scyllit. ℥iij.
Salis genistæ, ʒij.
Spiritus salis ammoniaci, ℈iv.
Aq. vitæ matthiol. ℥iij.
M. F. decoctum aperiens & corroborans.

§. 9. Conducunt hic chymica ex metallis præparata, & dentur *tinctura metallorum* a gutt. xij. ad xxx. in vino enulati haustu. — *Tinctura metallorum.*

§. 10. Suum hic conferunt *flores lapidis hæmatites* cum sale ammoniaci elevati a ℈ ß. ad ʒ ß. — *Flores lapidis hæmat.*

§. 11. Præscribatur *mars potabilis Willisii*, & hinc elaboratæ *aquæ spadanæ sulphuratæ*.

§. 12. Pro diaphoretico inserviant sequentes formulæ, — *Vasorum ruptorum congluti-*

℞. *Theriac: venet.* ʒi.
Antimonii diaphor. solaris gr. xv. vel ℈i.

Mer-

natio per sudorifera corroborantia.

Mercurii præcip.diaphor. jovialis gr. viij.
Olei cariophyll. gutt. iij.
M. F. bolus in *vino enulato* diſſolvendus.

Hauſtus ad idem

vel, ℞. *Reg. antimonii med. gr.* xv.
Flor. lap. hæmatit. gr. x.
Confect. de hyacint. ℈ij.
Olei macis ſtill. gutt. iij.
M. F. bolus ut ſupra ſolvendus.

Pulvis ad idem

vel, ℞. *Reg. antimonii med.* ℈i.
Croci optimi, gr. viij.
Salis card. bened. gr. xv.
Olei fœniculi. gutt. iv.
M. F. pulvis.

Mixtura de tribus.

§. 13. Laudatur *mixtura de tribus* ſeu *diaphoreticum in paracutis paracelſi* ex *ſpiritu tartari volatili*, *ſp. vitrioli volatili* & *ſp. vini theriacalis camphorato* conflatum.

Præparatio ſalis t rtari volatilis.

vel, ℞. *Tartari rhenani puriſſimi,*
Alum. crud. an. q. p.
Terantur in pulverem tenuem & exacte miſceantur, & ut artis eſt deſtillentur per retortam ex arena, ſpiritum volatilem hinc oriundum rectificatum uſui reſerva. Præſtabit enim illud quod à ſale tartari volatili ſperare poteſt, nam potentiſſime vaſa rupta conſtringet.

Tinctura martis adſtringentis.

§. 14. *Tinctura martis adſtringens ex capite mortuo in ſublimatione florum lapidis hæmatites* educta à gutt. iij. ad x.

In Tymphanitide.

Topica.

§. 15. Pro fotu in tymphanitide præſcribatur, *ſpiritus vini theriacalis camphoratus.*

Fotus.

vel, ℞. *Herb. menthæ,*
origani, an. m ij.
Sem. cumini,
carui,
Bacc. juniperi,
lauri q. p. vel an. ℥ij.
Coq. ex lixivii debilis & vini, an.
M. F. fotus, quocum foveatur.

vel,

vel, ℞. *Unguenti martiati*, ℥i. *Linimentum.*
Olei phylosoph.
therebinth. lucidæ, an. q. s.
ad form. linimenti, quibus addatur
Salis volatilis aromatici pauxillum.
M. F. linimentum.

CAP. XXIII.

De Variolis & Morbillis.

§. 1.

VARIOLÆ sunt *pustulæ rubeæ*, quæ in molem attolluntur & suppurantur, cum febre continuâ, incertâ & vagâ, quæ modo intensior, modo remissior, dolore capitis & lumborum, anxietate & inquietudine, aliisque symptomatibus conjunctæ. *Definitio variolarum.*

§. 2. Morbilli vero, quasi parvi morbi, sunt tantum maculæ rubeæ, quæ neque in molem attolluntur, neque suppurantur, à variolis, ut magis & minus tantum differunt. *Definitio morbillorum.*

§. 3. *Causa* est inquinamentum in utero materno contractum, & certô tempore in actum productum. *Causa,*

§. 4. Fermenta quædam, per longum satis temporis spatium, posse latitare in corpore humano, antequam activitatis suæ ullum ostendit signum, quotidiana docet experientia. ita enim observamus inquinamentum canis rabidi, post aliquot menses, imo totum annum, se manifestare. venena adeo lenta asiaticæ gentes preparare norunt, ut ad determinatum tempus malignitatis suæ indicia probant. hæc enim successu temporis ad summum activitatis gradum evecta, & maturata, tum demum massam sanguinis inficiunt, & pro ratione veneni, diversa excitant symptomata, ac proinde mirum credere non debet, si variolæ tam inordinatô ordine, modo citius, modo serius, in quibusdam erumpant. *Venena quædam per longum temporis spatium in corpore posse latitare.*

§. 5. Inquinamenta in utero materno contracta, & à sale non satis digesta, per longum temporis spatium in partibus solidis hærere valent, antequam suarum impuritatum ullum ostendunt vestigium, quæque tamdiu otiose quiescunt, donec à particulari aëris constitutione & fermento in actum excitentur, quæ dum *Symptomatum explicatio per causas.*

demum motum suscipiunt fermentativum, seseque quaquaversum extendunt, partimque sanguinis massam invadunt, & ab ea suscipiuntur, & absorbentur, partim vero ad exteriora detrusa, ibique in poros cutis angustiores, quam ut transpirare queant, inpingentia, hanc in formam pustularum distendunt & elevant, ibique hærent, donec fermentatione continuata, in pus convertantur, sed tamen acredine suâ poros cutis dilatans, vel ipsam cutim erodens, viam sibi parat ad exitum. Eadem vero inquinamenta cum sanguinis massa confusa, ordinem & mixturam sanguinis perturbant, ejusque fermentationem in corde valde alterant, unde febres, aliave graviora symptomata accidere solent. Si enim hæ sordes acredine insigni peccent, pruritus narium, hæmorrahagiæ, raucedo vocis, sensus punctorius in cute, sternutatio frequens ægrum infestant. Si vero etiam quantitate nocent, syncope, oppressio cordis, respiratio difficilis, cum crebris suspiriis se manifestare solent.

Prognosis. §. 6. Hoc in affectu, si fermentum sanguinis tam potens sit, ut hæc peregrina inquinamenta ex massa sua protrudere valeat ad exteriorem corporis ambitum, levamen sentit æger, febris, aliaque prædicta accidentia vel cessant, vel mitigantur, ipsum enim sanguinis fermentum digerando, maturando & discutiendo illa inquinamenta, malum hoc superat.

Indicationes curativæ. §. 7. Quo in casu medicus hujus scenæ spectator esse debet, per confortantia & cardiaca, solummodo naturam superantem sustentando.

Curatio. §. 8. Verum si fermentum sanguinis debilius sit, quam quod inquinamenta ipsa peregrina subigere valeat, arte juvari debet, quod potissimum fiet sudoriferis & cardiacis, ut

Haustus sudorificus.

℞. *Extract. card. bened.* ℈j.
Salis absinthii, *gr.* xij.
Theriac. venet.
Diascord. fracast. ana ℥ß.
Magist. perlarum, *gr.* xv.
Croci optimi, *gr.* x.
Dissolvantur in s. q. aq. melissæ pro haustu.
M. F. haustus sudorificus.

vel,

vel, ℞. *Confect. de hyacint.* ℈ij. *Haustus sudorificus.*
alkermes, ℈j.
Antimonii diaphor. solaris, *gr.* xxv.
Ocul. cancr. præparat. gr. xv.
Lap. bezoard. orient. gr. v.
M. F. bolus itidem in *aq. cardial.* solvendus.

hic præcipuè diaphoretica fixa ex Antimonio & mercurio conflata conducunt, ut *Diaphoretica fixa.*

Regulus antimonii medicinalis
Bezoar. minerale,
Mercurius diaphoreticus jovialis, quorum formulas vide superius.

§. 9. Pro infantibus præscribatur sequens pulvis, ut *Pulvis sudorificus pro infanti.*

℞. *Magist. perlarum*,
Cornu cervi usti, *an.* ℈j.
Croci optimi, *gr.* v.
Lapid, orient. bezoard. gr. iij,
M. F. pulvis in duos doses dividendus.

§. 10. Vulgus exhibet *semen aquilegiæ ad* ʒj. vel decoctum & infusum *stercoris ovilli.* *Semen aquilegiæ.* *Aposema.*

vel, ℞. *Rad. heleni.*
petusitid.
gryzyrr. rasæ, *an.* ℥ß.
contra jervæ, ʒij.
fœnicul. ℥j.
Herb. cardui benedicti,
scordii,
scabiosæ, *an.* mj.
cicer. rubr. ℥j.
Ficuum No. viij.
M. F. aposema.

Vulgus utitur *decocto ficuum*, a quô abstinendum, si alvus laxior fuerit. *Decoctum ficuum.*

In Diarrhœâ.

§. 11. Si diarrhæa vehementior variolis superveniat sequenti sudorifero coacerda, ut

Haustus sudorificus.

℞. *Terræ sigillatæ*,
Cornu cervi usti,
Corall. rubri præparat. an. ℈j.
Diascord. fracast. ʒj.
M. F. bolus in aq. *card. bened.* dissolvendus.

Collirium §. 12. Oculi defendantur collirio ex *lacte tepido*, *croco*, *camphoræ pauxillo*, conflato.

Fauces præserventur. §. 13. Fauces præserventur & muniantur *gargarismate* leniter *adstringente*.

Variolæ inungantur. §. 14. Ipsæ variolæ inungantur *Oleo amygdalarum dulcium* vel *raparum*, vel *axungia porcina*, vel *pinguedine ex omento agnino*, vel foveatur decocto *ciccrum*, vel *lintum*.

CAP. XXIV.

De Calculo renum & Vesicæ.

§. 1.

Definitio. CALCULUS est præter-naturalis in renibus aut vesicâ lapidosa concretio, quæ ex particulis salinis volatilibus, terrestribus, aliisque concretis, generatur.

Variæ de calculorum ortu sententiæ. §. 2. De his acturi, in illorum generationem, ortumque ut inquiramus, operæ pretium esse duxi, quippe hic casus non leviter doctissimorum ingenia vexavit. Quidam enim in ea fuere sententia, calculum, scilicet, humanum originem suam trahere ex materiâ quâdam viscidâ, pituitosâ, sali crasso tartario perfusa: quidam vero ad alkali & acidum omnia naturæ phænomena referentes, ex acidi & alkali concursu, & coagulatione cum terrâ, calculi originem deduxerunt: quidam vero ex salis volatilis & terræ urinæ concretione, calculi natales deducunt.

Analysis calculorum humanorum per ignem §. 3. Qualis ut commodissime dirimatur, calculum humanum ad examen ignis revocavimus, ut ex ipsius analysi nobis aliqua lux affluviat.

Capito itaque calculi humani renum, sive vesicæ q. p. rudi modo contundantur, & retortæ vitreæ committantur, destillenturque ex arena, augendo ignem in fine quantum fieri potest. Ita enim obtinebis in recipiente portionem aliquam serosam, pauxil-

lum

lum olei, ſal valatile urinoſum quantitate ſatis conſiderabili, quippe calculus ordinariè fundit quartam ſui partem ſalis volatilis. Hunc ſalem, ſi cum cineribus oſſium calcinatorum, ut artis eſt, ſublimaveris, exactè enulabitur ſalem volatilem urinæ, & per omnia ipſi ſimilis erit; caput mortuum ulterius crematum, nil niſi meram eſſe terram experientia ipſa confirmat. Huic enim pluviam affunderis, vix unum ſalis fixi colligere licet, unde cadit illorum ſentintia, ſtatuentium calculum generari ex ſale quôdam craſſô tartaris cum materia pituitoſa, quippe omnia ſubjecta, quæ ſale copioſô tartariô gaudent, poſt remotionem & examen per ignem, multum ſalis fixi poſt ſe relinquunt, quod cum in hoc ſubjecto deficiat, calculi ortum inde ducendum non putamus, cumque in analyſi chymicâ per ignem, nullum acidi ſalis veſtigium appareat, ſed è contra, nil niſi alkalicum volatile manifeſtat, idem judicium de alkali & acido formandum putamus.

§. 4. Reſtat itaque ut inquiramus, quâ ratione ſal urinæ rodat propriam ſuam terram, & eacum ſe jungat, & calculum diſtribuat, & ex quô vitiô urinæ, hoc potiſſimum procedat: Quod ut clarius hoc deducere queamus, conſiderabimus ingredientia urinæ, ſalem, ſcilicet, volatilem, terram, ſerum & oleum, quamdiu itaque ſales volatiles blando oleo urinæ involvuntur & temperentur, tamdui impediuntur, quo minus in propiam agere terram queant; cum enim ſales volatiles ſunt formâ tereti acutis ſpiculis conſtantes, facili negotio partes terreas inſtar clavorum ad ſe mutuo adigere valent, & iiscum concreſcere poſſunt, ſed cum in ſtatu ſano, urina noſtra tenui & blando oleo ſit perfuſa, acuties ſalinum obtunditur a prædicto oleo, quod ſe circumdat circum circa ſales, & acrimoniam infeſtam ſalis demulcent, verum deficiente hoc oleo, ſales volatiles urinæ propriam aggrediuntur terram, illamque inſtar clavorum figendo, in formam calculi cogunt. *Calculorum in renibus, & veſicâ generatio.*

§. 5. Unde ordinariè illi, qui nephritidis doloribus ſunt obnoxii, ante acceſſum urinas pallidas emingere ſolent: hi itaque calculi in renibus concreti, vel in veſica generati, intollorabiles dolores excitare ſolent, ut & urinæ ſuppreſſiones, dolores colicos, aliave urgentia ſymptomata. *Symptomata ordinaria.*

§. 6. In renibus quando calculi hærent, omni conatu laborandum *Indicationes.*

dum, ut quam primum expellantur, ne diuturna mora vel exulcerationem renum, vel totalem suppressionem urinæ promovent

Curatio, vel per ureteres laxantia, & lubricas reddentia.

§. 7. Hoc autem potissimum fiet per illa, quæ vias laxant, & lubricas reddunt, ut

Oleum amygdalarum dulcium cum vino rhenano calide potum
Syrupus de althæa fernelii
Balsamum sulphuris juniperatum,
Sapo ex oleo terebent. & sale tartari præparatus.

Vel per urinas moventia

§. 8. Partim per illa, quæ urinas movent, ut

Sal stipidum fabarum,
Testæ ovorum,
Sal volatile succini,
Oleum terebinthinæ lucidum,
Tinctura vermium majalium,
Gummi copaiba,
Oculi cancri præparati,
aselli,
Concinilia tinctorum.

decoctum.

§. 9. Hæc decocta etiam prosunt, ut

℞. *Cerevisiæ tenuis, & dulc.* ℥xxxx.
Sem. anisi,
feniculi, an. ʒiij.
dauci, ʒij.
Coq. leniter per mediam horam, col. adde
Butyri recentis non salsi. ℥ß.
Sapon. massiliensis albiss. vel
Sapon. ex oleo terebint. & sale tartari, ℥i.

M. F. decoctum, hujus capiat æger calidè pro dosi ℥v

decoctum.

vel, ℞. *Rad. althææ*, ℥i.
liquirit. ʒij.
Fol. malvæ, m. i.
Sem. melonum, ʒij.
Coq. in s. q. aq. hord. in col. ℔ij. *dissolve*
Syr. papav. erratici, ℥iß.
Ocul. cancr. præparati, ʒi.

M. F. decoctum, hujus capiat æger ℥iv. a v. bis terve de die·

§. 10.

§. 10. Sic prodest elixir antinephriticus, cujus præparatio est, *Elixiris antinephritici præparatio.*

℞. *Salis tartari*, ℥i. *diluantur in*
Aquæ petroselinæ, ℥xvi. *digeranturque cum*
Cort. aurant.
citri, an. ℥ß. *per* xxx. *horas.*
Filtrentur solutio, iique addantur
Olei cort. aurant.
macis still. an. gut. viij.
F. Elixir, cujus dosis erit a cochl. ß. ad 1. in vino dilutum.

§. 11. Conducit etiam spiritus antinephriticus, ejus præparatio est, *Spiritus antinephritici præparatio.*

vel, ℞. *Rad. ononyd.*
saxi frag. an. ℥i.
Sanguinis hirci, ℥vi.
Nucis moschati.
Cinamom. an. ℥i.
Croci optimi, ʒiij.
Cariophill. ʒij.
Terebinth. argentinens. ℥xvi.
Sp. vini malvatici, ℔v.
Concisa & contusa, stent in infusione per xiv. *dies, postmodum ex balneo mariæ destillentur,*
F. Spiritus antinephriticus, cujus dosis est cochlear. j. aut ij. cum *aquâ petroselinâ* temperatum.

§. 12. Sed sal mediæ naturæ est potenter diureticum, præparatio ejus est, *Salis mediæ naturæ præparatio.*

℞. *Salis tartari,*
Tartari crudi q. p.
Solvatur tartarum crudum coquendo cum pluviâ, & calide filtretur; sal tartari itidem solvatur in pluviâ, hasce duas solutiones stillatim confundito, ita enim alkali & acidum tartari in se mutuo agentia, post ebullitionem desinunt in salem mediæ naturæ potenter diureticum, dosis est a gr. v. ad xv. vel ℈i.

§. 13 Quod si in verum balsamum zamech Paracelsi conversum volueris, sequenti procedito methodo. *Balsami zamech præparatio.*

℞. *Salis tui mediæ naturæ, q. p. iique affundito spiritum vini rectificatum ad eminentiam trium vel quatuor digitorum trans-*

transversorum, stent in digestione, donec sp. vini sanguineam extraxerit tincturam, quam decanta & seorsim reservato, sali in fundo relicto, de novo eandem sp. vini rect. quantitatem affundito & procedito ut prius. Tincturas collectas confunde, & cucurbitæ vitreæ committito & ex balneo mariæ spiritum vini rectificatum, auferto ad consistentiam balsami liquidioris, preparatũ habebis medicamentum magnarum virium in dolore nephritico, & balsamum zamech Paracelsi dictum, cujus dosis est a gutt. v ad xx in *aquâ petroselinâ* vel *spiritu vini juniperato* exhibendũ.

Tinctura metallorum. Haustus diureticus

§. 14. Non minoris naturæ est tinctura metallorum.

vel, ℞. *Salis vol. succini*, ℈i.
Ocul. cancr. præparat. gr. x.
Balsami sulphuris therebint. gutt. vj.
Misce fiat haustus ut supra ex *aqua petroselina*, vel *Spiritu vini juniperato*, exhibendus.

Tincturæ succini præparatio.

§. 15. Non inferioris hic obtinet tinctura succini cum spiritu vini tartarisato extracta, ut

℞. *Fragment. succin.* ℔ij.
Flor. salis ammoniaci, ℔j.
Terantur & misceantur inter se, iisque affundatur alcohol vini ad eminentiam duorun digitorum transversorum, stent in digestione, donec alcohol vini auream extraxerit tincturam, decanta & usui reserva, dosis est à guttis v. ad xxv. in vino medicato aut alio convenienti liquore.

Testa ovorum, & concinilia tinctorum

§. 16. Vel,

℞. *Testarum ovorum à* ℈j. *ad* ℈ij. vel, *Concinilia tinctorum* ℈i. propinetur ex vino rhenano.

purgantia

§. 17. Blande purgetur æger cum infusione *rhabarbari* addito *syr. rosʃ. solat. cum rheo*, cum *senna*, vel *cassia* vel *manna* vel similibus lenioribus laxativis.

Topica.

§. 18. Regio renum inungatur *oleum scorpionum.* regioni pubis sequens fomentum applicetur, ℞. *Herbæ cerefolii*, assetur in butyro supra carbones vivas, calideque inter lintea duplicata imponatur & applicetur.

In inflammatione regionis renum.

§. 19. Verum si inflammatio regionem renum occupaverit, sequens nutritum cum fructu applicaveris.

℞. *Litar-*

℞. *Litargiri auri q. p. huic affundito.* *Balsami saturni rubicundi præparatio.*

Aceti stillat. ad eminentiam quatuor digitorum transversorum, digerantur vel coquantur simul, donec acetum in saccharinam mutetur dulcedinem, filtretur solutio, iique affundatur pluvia & evaporetur in patina stannea super vapores aquæ bullientis ad syrupi tenuioris crassitiem, de novo pluviam affunde, & lactescet solutio, filtra ut prius & evapora ut dictum ante: ita enim per repetitas filtrationes & evaporationes, duplex tibi emerget commodum, ex continuata enim actione aceti in plumbum, acetum totaliter invertitur, ejusque acrimonia in saccharinam desinit dulcedinem, per continuatas vero filtrationes, partes terrestres plumbi sequestrantur ab hoc balsamo, proditque inde balsamum saturni rubicundum, cujus mentionem feci in catharris oculorum, absque enim sensibili corrosivo cum *aq. ros.* vel, *euphragii* mixtum, poros lachymales erosos constringit.

℞. *Hujus balsami, q. p. addendo,* *Unguenti nutriti præparatio.*

Olei olivarum tantum, ut terendo in mortario plumbeo desinant in unguentum nutritum, quod regioni inflammatæ applicatum, præsentanium est remedium.

§. 20. In omnimoda urinæ obstructione æger collicetur in balneo calido ex *Rad. althea, Fol. malvæ, bacc. Juniperi*, & similibus, præparato. *In omnimoda urinæ obstructione.*

§. 21. Ipsique exhibeantur *tinctura vermium majalium* guttæ xv. vel xx. in vehiculo convenienti. *Tinctura vermium majaliũ.*

§. 22- Quæ calculi curam vesicæ respiciunt, potius hoc per manum artificis, quam per famosa saxafragia inferius exhibita, peractum satius duco. *Curatio calculi vesicæ.*

CAP. XXV.

De Gonorrhæa & Luë venereâ.

§. I.

GONORRHÆA est nimia seminis profusio: estque *simplex*, in qua semen crudum, tenue, nec album emittitur: vel *virulenta*, in quâ virus quoddam liquidum excernitur. *Definitio gonorrhææ*

§. 2. *Lues venerea* est intemperies maligna & contagiosa, ex materiâ *Definitio luis venereæ.*

materiâ virulentâ ab alio infecto, vel concubitu, aliove impuro contactu communicata, ortum ducens cum capillorum defluvio, maculis, tuberculis, ulceribus, cruciatibus, & prout ad varias corporis partes delata, fit contagiosa, multisque aliis symptomatis sæviens.

Semen in statu naturali. §. 3. Quamdiu semen in suo statu naturali est, & nullâ insigni acredine pollet, sed valde temperatum, blandum, albicans, consistentia ad spissum vergens apparere solet, & per longum temporis spatium in capsulis suis seminalibus conservari potest, nullô acri sale partes circumjectas vellicante ad excretionem.

gonorrhææ causa. §. 4. Verum intercedente impuro concubitu, facies hæc valde immutari solet, continuum enim tunc oritur seminis profluvium involuntarium absque voluptate: ratione consistentiæ semen aquosum, tenue & fluidum redditur: color albicans & lacteus degenerat in viridem & flavescentem; blandities & mollities seminis mutatur in acre corrosivum, quæ omnia symptomata non deduxeris, nisi ab acri quodam sale valde fermentativo, subito valentem materiam seminis inficere.

Symptomatum explicatio per causas. §. 5. Unde enim continuum seminis profluvium, nisi ab acri sale, partes subjectas inimicè vellicante, quam sequitur spirituum animalium influxus in partes semini excernendo dicatas. unde seminis mutatio in calore & consistentia, nisi à fermentatione excitata ab acri sale, quippe per fermentationem consistentia seminis resolvitur, partesque ipsius longè aliam servant ordinem & mixturam inter se, aliasque induunt figuras, ac dum erant in naturali situ, partesque seminis, quæ actu non erant acres, mediante fetmentatione, vel fermentô hôc salinô, postmodum corrosivæ evadunt; unde denique stranguria, erosiones urethræ, ardores urinæ, ulcera maligna rodentia, nisi ab infesto acri sale.

Curatio Gonorrhææ.

indicationes curativæ. §. 6. Laborandum itaque est in principio, ut fermentum illud peregrinum, acre, corrosivum per contagium contractum, expellatur vel suffocetur, antequam sanguis materiam aggredi, eamque malignitate suâ inficere queat.

Primo purgantia §. 7. Quod potissimum fit per purgantia, sudorifera, diuretica

tica & acre fermentum enervantia.

℞. *Extract. cathol.* ℈i. *Pilulæ purgantes*
Mercurii dulcis gr. viij.
Trochilc. alhandal. gr. iv.
Olei juniperi, gutt. v.
M, F. pilulæ No. vij.

vel, ℞. *Pulp. cassiæ recent. extract.* ℥i. *conditum purgans.*
Terebint. venet. lotæ, ℥ij.
Mercurii dulcis,
Salis prunellæ,
Ocul. cancr. præparat. an. ʒi.
Salis vol. succin. ℈iv.
Syr. de althæa fernel. q. s. ad form. conditi.

M. F. conditum, multi curantur hoc condito in principio, & hujus capiat æger ad magnitudinem nucis moschatæ, bis terve de die.

§. 8. Corpore purgato, ad diuretica festinandum, ut venenum per easdem expellatur, per quas admissum est vias, ut *Tunc diuretica.*

℞. *Tinct. vermium majalium cum alkali tartari præparatæ,* *Haustus diureticus*
A gutt. x. *ad* xv. in
Aq. petroselina, vel
Vino propinentur.

M. F. haustus diureticus, quod si vero post exhibitionem hujus tincturæ, æger conquæratur de intollorabili strangu-ria, hanc facile superaveris, exhibendo patienti, *lac tepidum saccharatum*, vel *emulsionem ex seminibus frigidis*, addito *sem. papaveris*, temperatoque cum *syr. de althea fernel.*

§. 9. Ad venenum expellendum multum conducit aqua quercetorii in gonorrhæa.

vel, ℞. *Olei succini, gutt.* x. *Haustus diureticus*
terebint. lucid. gutt. v.
Balsami peruviani, gutt. iij.
dentur ex vino calido saccharato,

M. F. haustus diureticus.

§. 10. *Balsamum cobaibæ* non tantum educit venenum, sed postmodum consolidat, & adstringit, hujus balsami dosis à gutt. x. ad xv. exhibeantur cum potu calido. *Balsamū cobaibæ.*

Balsami sulphuris antimonii terebinthinati præparatio.

§. 11. Præ cæteris *balsamum sulphuris antimonii therebintinatum* laudatur, quod sequenti modo sulphure antimonii impregnatur.

℞. *Scoriarum antimonii in confectione reguli simplici provenientium q. p. his affunde*

Olei terebinthinæ lucidi ad emin. trium digit. transversor,

Stent in digestione, donec oleum terebinthinæ sanguineam extraxerit tincturam, cujus dosis est à gutt. v. ad x. in vehiculo convenienti.

Postmodum sudorifera sunt utenda. Haustus præservans.

§. 12. Ad evitandum, ne contagium aliquam materiæ nostri sanguinis imprimat labem, & ulterius serpendo glandulas inguinales inficiat, præscribatur sequens sudoriferum,

℞. *Resin. ligni guajaci, aut*

Ejus loco gummi ℈i.

Dissolvatur in s. q. sp. vini.

M. F. haustus præservans una dosi exhibendus.

Bolus præservans.

vel, ℞. *Theriac. venet.* ʒi.

Ocul. cancr. præparat. ℈i.

Salis volalitis succin. gr. xv.

Camphoræ, gr. iij.

Olei juniperi gutt. v.

M. F. bolus præservans.

Si vero malum vel diuturna morâ, vel activitate sui veneni testes, vel glandulas inguinales prehenderit, vel urethram eroserit, vel ulcera maligna circum glandem excitaverit, pro ratione loci & veneni, medicamenta sequentia applicentur.

In Inflammatione testium.

Curatio.

§. 13. Si testes inflammentur & tumeant, præparatur sequens fotus ad inflammationem auferendam.

Fotus.

℞. *Lithargiri auri,* ℥iv.

Flor. sambuci,

rosar. pallidar. m. ij.

Coq. ex s. q. aq. & vini & aceti, an.

M. F. Fotus, calidèque applicetur. Majoris discussionis gratiâ, si opus fuerit, nobilitari hic fotus poterit cum *spiritu vini camphorato.*

§. 14.

§. 14. Inflammatione sedata, postmodum tumori & duritiei obviam eatur partem affectam *balsami sulphuris succinato* calide inungendo, applicando postmodum, *emplastrum diasulphuris Rulandi*, cujus præperationem vide in empyrica Rulandi. *Ad duritiem tollendam.*

vel, ℞. *Scoriarum reguli antimonii simpl. q. p.* *Præparatio balsami tumores emolliendi.*

Terantur in pulverem antequam humido aëris insinuantur, iisque affunde

Olei succini,

terebint. an. q. s. ad eminentiam duorum digitorum transversorum, digerantur ut artis est.

Fiatque balsamum magnarum virium in tumoribus duris emolliendis.

In Bubonibus.

§. 15. Bubones si in inguine appareant, explorandum primo, utrum discuti queant absque superatione, illis applicando, *Primo discutiendum.*

Emplastrum de ranis cum triplico vel quadruplo mercurio.

§. 16. Quod si æger conqueratur de pustulis cutis, hoc cum emplastro misceatur pauxillum *sacchari saturni*, quo mediante prædictum hoc incommodum evitabis. *In pustulis cutis.*

vel, ℞. *Mercurii vivi cum aq. fort.* ℥viij. *soluti,* ℥iv. *Emplastrum discutiens.*

Axung. porcinæ, ℥viij.

Coq. simul in fictili vase, continuo spatula lignea movendo, donec inspissari incipiant, massemque obtinebis mollem, adde

Ceræ flavæ, ℥ij.

Mastich.

Olibani, an. ʒvi.

M. F. emplastrum discutiens.

vel, ℞. *Lithargiri auri subt. pulv. q. p. huic affundo aceti stillatic. q. s.* *Unguentum discutiens.*

Coq. simul, donec acetum de acrimonià suâ remiserit, & dulcedinem saccharinam acquesiverit, filtra.

℞. *Hujus solutionis,* ℥vi.

Mercurii præparati albi vulg. ℥ij.

Lento igne evaporentur ad siccitatem pulveris

℞. *Hujus pulv.* ʒi.

Axung. porcinæ, ℥i.

M. F. unguentum discutiens tophis, glandulisque induratis applicandum.

 §. 17.

Tunc maturandum &c. §. 17. Quod si bubonum discussio ex voto non succedat, ad maturationem festinandum cataplasmatis ordinariis, vel *emplastro diachulo simplici*. ulcus porro aperiendo, mundificando & *emplastro opodeldo* consolidando.

In ulcere Urethræ.

Curatio. §. 18. Urethræ si ab acri & corrosivo sale corrodatur, intollerabilis oritur dolor, ubi urinæ reddendæ sunt; acre enim sal urinæ transeuns, locum erosum, hunc infestissime mordicat, & pungit, per seringam itaque fit injectio talis

Injectio anodina. ℞. *Lactis tepidæ*, vel
Aquæ rosarum ℥ij.
Sacchar. saturni, ʒiß.
M. F. injectio anodina.

Injectio anodina. vel, ℞. *Balsami saturni rubicund. gutt.* xx.
Aquæ ros. vel
Lactis tepidæ, ℥ß.
M. F. injectio anodina, quæ continuatur, donec pars erosa consolidata fuerit. sed cum à præterfluente urina curatio valde retardetur, patiens, dum ipsi inungendum erit, fistulam argenteam, oleo olivarum illitam, in urethram introducat, ut hujus beneficio præcaveatur, quo minus urina locum affectum attingere queat.

Mundificativum. §. 19. Ulcus, si se manifestaverit, mundificetur sequenti
℞. *Vitelli ovi, ad duritiem cocti, No.* 1.
Mell. optimi, ℥i.
Misceantur exacte terend. cum pistillo, donec obtineas colorem spadicium, adde
Mercurii sublim. ℈ij. *vel* ʒi.
M. F. mundificativum.

Oleum ligni guajaci. §. 20. Sæpius ulcus tangatur *Oleo ligni guajaci* mediante candela cærea.

Oleum uriginis. §. 21. Quod si summe pertinax fuerit, neque ordinariis cedat remediis, tangatur *oleo uriginis*, de quo vide Hartmannum in praxi suâ chymicâ, capite de gonorrhea, vel *aqua forti*, & postmodum aqua tepida eluatur, & cicatrisetur, cum prædicta *oleo guajaco.*

§. 22.

§. 22. Virus ubi expurgatum eſt, fluxus ſeminis ſponte ſedari ſolet, quod ſi vero ex debilitate vaſorum, vel eroſione nimia, ex voto medici hoc non ſuccedat, adſtringentia, & confortantia ſunt utenda, ut *Quando adſtringentia ſunt utenda.*

℞. *Trochiſc. de terra ſigill.* ʒj. *Pilulæ adſtringentes & confortantes.*

Corall. rubr. præparat. ʒß.

Terebint. cum aq. plant. latæ, ʒvj.

M. F. pilulæ inſtar piſorum, quarum pro doſi v. vel vj. dentur mane & veſperi.

vel, ℞. *Vini rubelli*, *Injectio adſtringens & confortans.*

Aq. ſulphiti, vel

conſolid. major. ana ℥v.

In quibus infunde per noctem

Fol. ſchordei, m j.

Cort. granatorum,

Bacc. juniperi, ana ʒiß.

Boli armen. ℥ß.

Mane leviter ebulliant, & colentur, & poſt urinam redditam, fiat injectio per ſeringam

vel, ℞. *Sem. alkekengi*, ℥ij. *Pilulæ ad idem*

quatuor frig. major.

papav. alb.

lactucæ,

plantaginis, ana ℥j.

agni caſti, ʒj.

Rhabarb. electi, ℥ß.

Maſtiches, ʒiij.

Boli armeni,

Gummi arabici,

Succini albi,

Gummi tragacant.

Amyli, ana ʒij.

Roſ. rubr. ʒj.

Terebint. q. ſ. pro materia pilularum.

M. F. pilulæ, doſis à ℈i. ad ℈ij.

In

In ulceribus malignis glandis.

§. 23. Ulcuſcula maligna ſi glandam infeſtent, ordinariamque medendi methodum reſpuant, medeunt aqua ſequenti,

Fotus mundificativus.

℞. *Aq. vulgar. q. p.*
Ebulliat in lebete æreo, in ea diſſolve
Calcis vivæ parum, adde
Vitriol. hungar. tantum, ut cœruleſcat ſolutio, filtretur.
M. F. fotus, & tepide applicandus.

Liquor mundificativus.

§. 24. Ad hoc ſuum confert *aqua divina Fernelii*, vel
℞. *Lactis virgin. q. p. in eaque ſolvatur,*
Mercurii ſublimati pauxillum,
M. F. liquor, quocum tangantur ulcera maligna ſæpius.

Linimentum mundificativum.

vel, ℞. *Axung. porcin. q. p. quocum miſce*
Olei tartari per deliq. tantum, donec obtineas
Unguentum acre, cui ſi tandem non auſcultent
Loco olei tartari per deliq. miſceatur
Oleum vitrioli.
M. F. linimentum mundificativum.

Mercurius dulcis.

§. 25. *Mercurius dulcis*, ut & *turbith minerale*, mixta cum unguento convenienti, non inferiores hic obtinent.

In Luë venerea.

Curatio primo per purgantia

§. 26. Quod ſi verum malum totam inquinaverit materiam ſanguineam, confirmataque ſit lues venerea, purgetur primo

Pilulæ purgantes

℞. *Extract. cathol.* ℈i.
Azoth. ſolificati, gr. iij.
Trochiſci alhandal. gr. ij.
Olei macis ſtill. gutt. vi.
M. F. pilulæ N°. vij. deaurentur.

Bolus purgans.

vel, ℞. *Diagrid. ſulphurati gr.* IV. vel VI.
Mercurii præcip. ſolaris gr. vi.
Reſ. Jalapp. gr v.

Olei

Olei cariophyll. gutt. ij.
Conſ. roſ. pall. q. ſ. ad form. boli.
M. F. bolus purgans.

§. 27. Hoc faciunt pilulæ *ex mercurio vitæ correcto* conflatæ. *Merc. vitæ correctus.*

§. 28. Poſtmodum præſcribatur decoctum purgans ſequens, *Decoctum purgans.*

℞. *Fol. ſennæ.* ℥ß.
Agaric. opt. ℈iv.
Pulp. colocint. ℈ij.
Glycyrrh. raſ. ℥ß.
Rad. ſalſæ parill. ℥ii ß.
Ligni ſalſafras, ℥i ß.
Paſſul. mund. ℥ij.
Infundantur, & coq. in ſ. q. aq. pl. vel cereviſiæ tenuis ut artis eſt, colatura ſervetur uſui.

M. F. decoctum, hoc decocto utatur ſingulis tribus diebus patiens, tempore autem intermedio utatur decocto vulgari. Potus ſit cereviſia tenuis, vel bocetum ex reliquiis decocti præparatum.

§. 29. Corpore purgato, exhibeatur ſequens ſudoriferum. *Et tunc per ſudorifera. Bolus ſudorificus.*

℞. *Mercurii diaphor. jovialis*, *gr.* x.
Antimonii diaphor. ſolaris, ℈j.
Ocul. cancri præparat. gr. x.
Theriaces venet. ʒi.
Olei juniperi, *gutt.* iij.
M. F. bolus ſudorificus.

vel, ℞. *reg. antimonii med.* ℈i. *Bolus ſudorificus.*
Ocul. cancr. præparat. gr. xv.
Theriaces ven. ʒi.
Mercurii præcip. cum oleo tartari per deliq. & pauxillo ſpiritu ſalis crorati, gr. iij.
Olei macis ſtill. gutt. iv.
M. F. bolus ſudorificus.

§. 30. Sudet inſuper æger calore artificialiter inſtructo ex ſpiritu vini inflammato, uti hoc chyrurgi norunt. *Et per calorem artificiale.*

Curatio per Salivationem.

§. 31. Quibus ſi malum non cedat ad Salivationes deveniendum

 erit:

erit: Quod commodissimum fiet exhibendo *Mercurium dulcem*, successivis dosibus, continuo adscendendo à ℈ß. ad ℈ij. vel ʒj. donec salivatio procedat, est tutissima methodus.

incommoda per inunctionem. §. 32. Per inunctionem enim quandoque ita fierit *mercurius* & fermenta nostri sanguinis exagitata, ut funestra inde oriuntur symptomata, quod si tamen ad inunctionem deveniendum, sequentes formulæ inservire poterunt.

Unguentum ad salivationem provocandam.

℞. *Mercurii vivi cum salivâ vel tereb. exstincti ab* ℥j. *ad* ℥ij.
Olei laurini, ℥ß.
Axung. porcin. ℥ij.
Ceræ flavæ, ʒiij.
Styracis liquidæ,
Flor. sulphuris, *an.* ℈j.
M. F. s. a. unguentum molle.

Unguentum ad idem.

vel, ℞. *Axung. porcin. non salitæ* ℥ij.
Olei lilior,
laurini,
rutæ, *an.* ℥iß.
Theriac. venet. ʒiij.
Rubiæ tinct. ʒij.
Mercurii vivi exstincti, ℥iij.
Croci optimi,
Cinamom. an. ʒj.
Moschi,
Ambri grisei, *an. gr.* v.
M. F. s. a. unguentum molle pro delicatioribus.

§. 33. Quidam salivationem promovent fumigationibus, quorum bases sunt *trochisci de cinnabere*.

Cap. XXVI.

De Chlorosi, sive Morbo Virgineo.

§. I.

Definitio. CHLOROSIS, sive *morbus virgineus*, vulgo *icterus albus*, videtur esse species leucophegmatiæ, nam faciei & labiorum pallor hic adest, cum totius corporis lassitudine, ac hypochondriorum

driorum non nunquam inflatione & distensione, sæpe etiam palpitatione cordis, capitis, ventriculique dolore, respirandi difficultate, febre inordinata & erratica, crurum, pedum, præsertim circa malleolos, vel etiam totius corporis intumescentiâ.

Sanguinis ruber unde, & §. 2. Sanguis noster cum sulphure & sale volatili abundat, rubicundissimi solet esse coloris, quod non nisi ab intima unione sulphuris cum sale volatili optimè fermentatis, & digestis provenire putamus. Experientia enim constat, quod olea stillatitia licet in principio albicantia, successu temporis rubeant instar sanguinis, vel si olea stillatitia digerantur (ut oleum carui &c) cum sale volatili, vel sale alkalico fixo, sanguineum induunt colorem.

quare sanguis in sanis rubet. §. 3. Cum vero sanorum scateat sanguis multo sulphure & sale volatili, non mirum est, quod intercedente fermentatione, sanguis in corde, & continua quasi digestione in arteriis & venis, inter se rubescat, oleo se intime jungente cum sale volatili; hinc etiam est, quod dum in febribus, sanguis coquitur & fermentatur ultra modum, urinæ sanguineam referant tincturam ex sulphure & sale volatili nimium cocto, seu ut chymici loquuntur exaltato.

Causa chlorosis. §. 4. Quod si vero loco salis volatilis & olei prævaleant pituita, serum una cum particulis terrestribus, acidaque & austera fermenta, accesserunt loco rubicundi coloris, sanguis aquosus, pallidus, nigricans, & terrestris apparere solet.

Symptomatum explicatio, & primò de palpitatione cordis. §. 5. Sanguis ille viscosus, pituitosus, terrestris & acido-austerus, cor transiens, particulæ ejus propter viscositatem, arcte sibi invicem adhærent, & non facile attenuantur & dividuntur; hinc diutius quam par est, in cordis ventriculis commorantes, ejusque fibrillas nimis distendentes & acredine vellicantes, non nisi cum impetu majori & vehementiori excutiuntur cum extraordinariâ laterum cordis contractione, in quo cordis palpitationem consistere putamus.

2. *De respirandi difficultate, &c.* §. 6. Porro, propter hunc sanguinem delatum ad cerebrum, non nisi pauci, torpidi, & minus agiles sequestrantur spiritus, unde prima respirandi difficultatis & corporis lassitudinis causa.

3. *De pallore faciei.* §. 7. Sanguis hic perveniens ad faciem & labia non ut in statu naturali illis conciliat colorem floridum & rubicundum, sed cum ipse sit viscidus & pallidus, colorem quoque conciliat pallidum; neque tamen omnes, qui faciem & labia habent pallida, laborant

 sanguine

ſanguine viſcido & pallido, nam ſani ſæpe pallidi ſunt, quia eorum vaſa ſanguifera hoc in loco aliis profundiora jacent.

4. *De intumeſcentia ventriculi & totius corporis.*

§. 8. Tandem cum multi humores, qui ex vaſis ſanguiferis expelluntur (ut ſuccus nutritius, lympha, bilis &c.) propter viſcoſitatem (ſecundum axioma hoc, qualis ſanguis, talis humor) ubique hæreant, multaſque producant obſtructiones, vel in inteſtinis & ventriculo, unde inflatio, intumeſcentia, rugitus hypochondrius, dolor ventriculi, & diaphragmatis difficilis retractio, quæ eſt ſecunda difficultatis reſpirandi cauſa; vel in pedibus, totave ſuperficie totius corporis, inde intumeſcentia pedum, ut & totius corporis; vel in capite, unde dolor capitis; vel circa nervos, ita ut ſpiritus animales tanta copia & agilitate in muſculos influere nequeant, quæ tertia eſt difficultatis reſpirandi, & ſecunda corporis laſſitudinis cauſa.

De febri inordinatâ.

§. 9. Chylum male elaboratum ad ſanguinem per ductum thoracicum delatum, febrim inordinatam & errativam inducere à ratione alienum eſſe non putamus.

Prognoſis.

§. 10. Quod ad prognoſin attinet, affectus hic in principio adeo periculoſus non eſt, ſed ſæpe ad longum tempus perſeverat, ita ut graves inde oriri queant obſtructiones, quæ totam œconomiam animalem invertere, hydropem, ſterilitatemque irreparabilem, aliaque graviſſima mala inducere valent.

Indicationes curativæ.

§. 11. In curatione reſpiciendum, 1. ut ventriculi fermentum corroboretur: 2. ſanguis viſcidus, pituitoſus, & terreſtris incidatur & attenuetur: 3. obſtructiones reſerentur & tollantur: 4. humores noxii è corpore per cathartica ejiciantur.

Ventriculus corroborandus.

§. 12. Quæ ut commode tollatur, laborandum, ut ventriculus officium faciat ſuum, ingeſtaque in maturum fertantur chylum, quod ſtomachibus & corroborantibus perficietur, inter

Medmta ſtomachica & corroborantia contra fermentum auſterum.

quæ *Elixir paracelſi cum ſale tartaro præparatum*,
Tinctura cinamomi,
croci,
Elixir regium ſuperius deſcriptum abſque
vel cum *Moſcho & ambra* pro ratione patientis.
Aromatica quævis
Eleo-ſacchara ex oleis arom. ſtill. & ſacch. conflata.
Vinum abſinthitis enulatum.

§. 13.

§. 13. Ad sanguinem viscidum, & terrestrem incidendum & attenuandum, obstructionesque reserandas & tollandas, conveniunt decocta ex incidentibus & attenuantibus conflata, ut *Sanguis terrestris inciden-dus.*

℞. *Rasur. ligni guajac.* ℥ij. *Apozema incidens.*
sassaf. ℥iß.
Rad. capparum ℥v.
sals. parill.
chinæ an. ℥j.
Cortic. citri siccar ʒij.
Herb. arthemisiæ,
absinthii, ana mj.
Sem. anisi
fœniculi an. ʒiß.
Coquantur in s. q. vini chalybeati & aq. an. col. adde
Sal. card. bened.
arthemisiæ an. ʒj.
Mell. sqillit. ℥iß.
Sal. volat. oleos. & aromat. ʒij.
Elix. vitæ regu ʒß.
M. F. decoctum incidens.

§. 14. Limatura chalybis hoc in casu magni est usus *Limatura chalybis.*

℞. *Limat. chalyb. subtilissimè trit. & crib.* ℥ß.
Macis ʒj.
Sacchari. puriss. ʒij.
Olei sabinæ gutt. vj.

M. F. pulvis tenuissimus, cujus dosis, quantum cuspide cultri contineri potest, bis terve de die exhibeatur. Hic pulvis non concentrat & enervat tantum acre & corrosivum sal, sed non secus ac limatura chalybis, cui oleum vitrioli est affusum, in ipsum vitriolum martis convertitur ab acero ventriculi fermento, quod satis apparet ex ructibus nidorosis & sulphureis, quos ægrotantes, post usum hujus pulveris experiuntur, oriundos ex dissolutione martis per fermentum ventriculi acidum, resolvens limaturam chalybis in vitriolum, quod transiens vasa lactea, ad sanguinem pervenit, obstructionesque potenter resolvit.

§. 15. Exhibeatur quandoque tartarus vitriolatus. *Pulvis contra*

fermentum austerum. ℞. *Tartari vitriolati*, ℥ß.
Terantur in pulv. tenuem adde
Olei macis ſtill. ℈iß.
Miſce, dividantur in xij. doſes hauriendo ex vino chalybeato vel medicato aperienti.

Sal vol. oleoſum. §. 16. Quandoque bis terve de die capiat ſalis volatilis oleoſi vel aromatici noſtræ deſcriptionis gutt. xv. vel xx. cum vino gallico generoſo.

Mixtura. vel, ℞. *Aq. menthæ*,
majoranæ,
arthemiſiæ, *an* ℥ij.
Ocul. cancri præparat. ℈iß.
Antimonii diaphor. ſolaris ʒj.
Salis vol. cornu cervi, ℈ij.
Tinctur. croci, ℥ß.
Salis card. bened. ʒß.
Syr. de arthemiſia, ℥j.
M. F. mixtura diaphoretica.

Quando purgandum §. 17. Pituitâ attenuatâ, acidisque fermentis pauxillum correctis, purgetur ægra his pilulis
℞. *Extract. cathol. gr.* xvj.
Mercur. dulc. gr. v.
Trochiſci alhandal gr. iv.
Ol. carui gutt. v.
M. F. pilulæ No. vij. deaurentur.

Bolus. vel, ℞. *Extract. roſar.* ℈j.
Mercur. vitæ correct. gr. v.
M. F. bolus purgans.

§. 18. Interdum ſudet ægra mineralibus fixis cum ſol. volat. junctis, ut

Bolus ſudorificus. ℞. *Confect. de hyacinth.* ℈iß.
Theriac. venet. an. ℈ij.
Ocul. cancri præparati, ℈ß.
Reg. antimonii med. gr. xv.
Sal. volat. ſuccin. ℈ß.
Ol. macis ſtillat. gutt. iv.
M. F. Bolus ſudorificus.

§ 19.

§. 19. *Cibi* sumantur leves & facilis concoctionis, ut juscula juniorum animalium, ut & ipsæ carnes gallinarum, agnorum, vitulorum & similium. Vitentur omnia acida, salita, fumo ventoque indurata. *Potus* sit cerevisia bene fermentata & à fæcibus depurata: *Vinumque* generosum. *Aër* sit purus & ad calidum vergens. *Exercitia* corporis sint pro viribus ægrotantis moderata. *Alvus* respondeat assumptis. *Animus* sit pacatus, & hilaris; *metus*, *tristitia*, *mœror* cane pejus & angue vitentur. *Diæta.*

Cap. XXVII.

De Menstruorum fluxu vel impedito, vel Nimis promoto.

§. I.

MENSTRUUM MULIERUM, seu MENSES, sunt sanguinis excretiones, quæ singulis mensibus proveniunt, idque ex ipso utero. *Menses quid.*

§. 2. Ab eadem salis volatilis & sulphuris copiâ, quarum beneficio sanguis justam subit fermentationem, dependere putamus menstruum fœminarum fluxum. Rationi enim valde consentanium est, in poris uterinis latitare portionem quandam salis & sulphuris volatilis, quæ successu temporis maturata, exaltata & ad justum activitatis evexa, sanguinem ad uterum delatum, ultra modum ordinarium fermentare valet, qui fermento uterino attenuato, vivificato & volatilisato, vasa sua distendit, aperit & per vias dilatatas effluit, duratque hic fluxus donec sales volatiles & sulphura partim exonerata, partim in sua fermentatione suffocata sint, sanguisque ad ordinariam consistentiam & crassitiem redierit, quo in casu sponte clauduntur & coalescunt pro tempore vasa uterina, quæ in eodem statu manent, donec sales volatiles & sulphura successu temporis exasperata, ad pristinum rediant genium, eandemque renovent scenam, quæ si ordinarie & justo tempore procedant. sexus fœmineus se optime habere solet. *Causa menstruorum.*

§. 3. Verum si hic in defectu vel excessu peccetur, non levia inde patiuntur symptomata, quippe ab obstructo mensium fluxu, passiones hystericas, cardialgias, leupathimias, lassitudines sponta- *Symptomata ordinaria suppressionis.*

ſpontaneas, vertigines, proſtratum appetitum, nauſeas, imo ſanguinis eruptiones per os, nares & aures obſervabit medicus.

Symptomata ordinaria nimii fluxus.

§. 4. E contra à nimia uteri hæmorragia, virium debilitas inſignis, dolores uteri., emaciationes totius corporis, languores & ſimilia ſe profunt ſymptomata, quibus in principio obviam eundum, ne per diutinam moram morbus incurabilis evadat.

Indicationes curativæ.

§. 5. In defectu itaque fermenti uterini, vel ipſius enertia & impotentia, reſpiciendum ad illa corrigenda, quæ fermentum uterinum ſuffocant & enervant, quod vel à pituita viſcida, activos ſales involventia, vel à contrariis fermentis acido-auſteris, ipſos ſales volatiles infringentibus dependere putamus.

In Menſium ſuppreſſione.

Ubi pituita viſcida peccat.

§. 6. Pituita viſcida ſi peccet attenuanda & educenda venit.

℞. *Raſ. ligni guajac.* ℥iß.
cort. ejuſdem, ℥ß.
Ligni ſaſſafras, ℥j.
Rad. enul. campan.
raphan. ruſt. ana ℥ß.
Herb. arthemiſiæ,
matricariæ,
menthæ, *an.* mß.
Cort. thamariſci,
rad. capparum, *an.* ʒij.
Bacc. juniperi,
lauri, *an.* ʒj.
Sem. dauci.
fœniculi, ʒß.
M. F. ſpecies pro vino medicato.

Pulvis incidens.

℞. *Salis arthemiſiæ*, *gr.* xx.
volat. ſuccin. gr. x.
Tartari vitriolati, *gr.* vj.
Olei juniperi, *gutt.* iv.
M. F. pulvis incidens pro doſi

Liquor.

℞. *Tinctura caſtor.* ℥j.
Salis volat. aromat. ʒij.
M. F. liquor, doſis à gutt. x. ad xx.

§. 7.

§. 7. Pro purgante inservient *Pilulæ ex gummi* superius descriptæ, vel *Pilulæ spadanæ eligmanni.* *Pilulæ purgantes*

vel, ℞. *Res. jalapp. gr.* x. *Haustus purgans.*
agarici, gr. iij.
Dissolvantur in vitello ovi, addendo
Aq. pulegii, q. s. ad form. haustus, adde
Tartari vitriolati, gr. viij.
Olei cort. aurant. still. gr. v.
Tincturæ castorei gutt. xx.
M. F. haustus pro dosi.

§. 8. Utatur etiam sequens decoctum. *decoctum incidens.*
℞. *Rad. ostrutii,*
dictamni,
valerianæ,
fœniculi, an ʒvj.
aristoloc. rotund. ʒij.
Herb. matricar.
arthemisiæ,
calamenthæ,
pulegii, an. m ß.
Fol. lauri, pij.
Sem. dauci,
fœniculi, an. ʒj.
Coq. in s. q. aq. pl. addendo in fine
Vini generosi gallici, ℔ ß.
Col. ℔ij. *adde*
Oxymel. scill. ℥j.
Salis arthem. ℥ß.
M. F. decoctum incidens.

vel, ℞. *Specier. diacurcumæ,* ʒi ß. *Conditum incidens.*
Rad. helleni conditi. ℥ß.
Conserv. anthos ℥i ß.
Olei cort. aurant. ℈j.
Syr. de mentha q. s. ad form. conditi
M. F. conditum incidens.

§. 9. Non inferioris hic obtinet *Tinctura metallorum*, ut & *Flores lapidis hemathites cum sale ammoniaco* sublimati, sic *Oleum* *Specifica.*

sabinæ in elio-saccharum exactum, potens est uterinum.

Ubi acida & austera peccant, præstant testatia & terrestria, §. 10. Ubi vero acida & austera fermenta peccant, exhibeantur ea, quæ hæcce infringere & enervare valeant, ut

Limatura chalybis cum *mace* & *saccharo*,
Conchilia
Testatia,
Corallia
Perlæ,
Mater perlarum, & similia.

Etiam mineralia fixa. §. 11. Itidem mineralia fixa diaphoretica & diuretica, ut

Bezoar minerale
Regulus antimonii medicinalis
Antimonium diaphoreticum solare.

Specificum. §. 12. Instar arcani præscribunt chymici, in menstruis provocandis, fumigationem ex *scoriis reg. antimonii* cum *spiritu vini rectificato*.

In Nimio Menstruorum fluxu.

Indicationes curativæ. §. 13. In nimio vero Menstruorum fluxu conveniunt illa, quæ fermenta sanguinis nimium activa refrenare, sanguinemque fluidiorem incrassare, vasaque dilatata conglutinare valent, quod partim anodinis, partim sales volatiles figentibus, & conglutinatibus perfici solent.

Curatio. §. 14. Hunc in finem conducunt *Tinctura opii cum succo cydon.* extracta, de quo langolattum. *Tinctura martis adstringens* ex *lap. hæmat.* educta.

Conditum adstringens, & incrassans.

vel, ℞. *Pulv. diathragecant. frigid.*
Trochiss. de terra sigill. an. ʒj.
Conserv. ros. rubr. ℥j.
Carn. cydon. conditæ, ʒvj.
Syr. de symphito. q. s.
M. F. conditum incrassans.

Aposema adstringens, & incrassans.

℞. *Rad. bistortæ*
tormentill.
consolid. major. an. ℥j.
Herb. plantag.
millefolii.
saniculæ, an. mj.

Cort.

Cort. granat. ℥ß.
Flor. rosſ. rubr. mj.
Coq. ſ. a., col. adde
Syr. de althææ fernel, ℥iß.
M. F. apoſema incraſſans.

vel, ℞. *Aq. plantag.* ℥iß. *Mixtura ad idem.*
menthæ, ℥ß.
cinamomi, ʒij.
Lap. hæmathites, ℈ij.
Corall. rubr. præparat. ℈j.
Laud. opiat. gr. iij.
Syr. myrtini, ℥ß.
M. F. mixtura incraſſans.

§. 15. In extromo caſu præſcribantur *pilulæ de ſtyrace gr* x. *Pilula de ſtyrace.*

CAP. XXVIII.

De Paſſione Hyſterica.

PASSIO HYSTERICA eſt affectus Merè convulſivus nervorum paris vagi & inteſcoſtalis in abdomine. *Definitio.*

§. 2. Ab eodem fermento uterino ſalino ſulphureo diverſimode alterato, gravida pati poteſt ſexus fæmineus ſymptomata, quippe cum hi ſales à nativa ſua vivicitate & activitate deficiunt, degenerant in acida, acerba, auſtera fermenta, ſanguis, qui antea ex mixtura fermenti uterini luxuriabat, & floreſcebat, acido & auſtero ſale inquinatus, languet, & ratione acidi vel auſteri non leviter hyſtericas afficere ſolet. *Symptomata ordinaria, eorumque cauſa.*

§. 3. Ratione auſteri ſalis, ſanguis figitur, coagulatur, ſpirituum animalium liberior ſiſtitur motus, hinc fermentationes ſanguinis in corde imminutæ, paucior ſpirituum animalium generatio in cerebro, laſſitudo ſpontanea, oppreſſiones cordis, lypothemia, difficultas reſpirandi, conſtructiones gulæ, ſuffocationis metus & periculum.

§. 4. Ratione acidi acuti ſalis inimicæ cerebrum vellicantes, cenvulſiones, ſpirituum animalium motus perturbatus; à maligna acidi ſalis cum ſpiritibus fermentatione, deliria, ſpuma oris, con-

torsiones menbrorum, clamores, ejulatus, aliaque horrenda mala observabit practicus.

§. 5. Quandoque uteri suffocatio symptomatica est, ex maligna bilis cum succo pancreatico effervescentiâ originem ducens, quæ quomodo curanda ex superioribus patet.

Curatio. §. 6. Ex ipso vero fermento uterino alterato, si passio hysterica oriatur, omni conamine tentandum, ut menstruis obstructis liber concedatur exitus, ne fermentum uterinum per continuatam stagnationem in pejus vergat, quod præstabunt in genere

Sales volatiles.

Sales volatiles succini
cornu cervi
urinæ
Spiritus salis ammoniaci simp. vel oleosi & aromatici.

Aciditas tollatur per testatia. §. 7. Aciditas tollatur illis, quæ acida enervare & consentrare valent, ut *Limatura chalybis*
Conchilia
Corallia
Oculi cancri.

Et mineralia fixa. §. 8. Ut & mineralia fixa & diaphoretica & diuretica, ut
Regulus antimonii medicinalis
Antimonium diaphoreticum solare
Bezoard. minerale, & similia

Perturbationis spiritum sistatio. §. 9. In spirituum vero animalium perturbato motu, quandoque ad anodina confugiendum, partim ut acrimonia, partim ut furor spirituum componatur, postmodum per commoda purgantia sales peccantes educendi, & eliminandi veniunt.

In paroxysmo sunt adhibenda. §. 10. In ipso paroxysmo naribus sunt admovenda, quæ multo sale volatili gaudent, ut
Sp. salis ammoniaci cum *calce viva* destillatus.
fuliginis

Inunctio. §. 11. Nares & tempora inungantur *oleo succini*, & *de castoreo.*

Nodulus. §. 12. Ex collo suspendatur nodulus sequens.
℞. *Castorei* ℨj.
Assæ fœtidæ ℨß.
Camphoræ ℈j. indantur sindoni.
M. F. nodulus.

§. 13.

§. 13. Umbilicus inungatur sequenti mixtura *Linimentum.*

℞. *Olei nucis muschati expr.* ʒj.
Styracis liquid.
Bezoin an. ℈j.
Moschi.
Zybeti, an. gr. j.
Olei lilior. alb. ʒvj.
M. F. linimentum.

§. 14. Prosunt hic in genere, quæ præscripsimus in obstructione mensium, quæque acida & austera fermenta enervare valent, ut *Sales volatiles oleosi & aromatici* *Acida & austera fermenta enervantia.*
Tinctura castorei
Sal absinthii,
pulegii,
Spiritus cochleariæ,
Sal volatile viperarum
Aquæ spadanæ vitriolatæ artificiales.

§. 15. Purgetur postmodum ægra sequentibus pilulis *Pilulæ purgantes.*

℞. *Ref. jalapp. gr.* vj.
Aloës lucidæ,
Diagrid. an. gr. iij.
Mercurii dulcis, gr. v.
Salis volatil. succin. gr. x.
Castorei, gr. iv.
Syr. de arthemisia q. s. ad form. pil.
M. F. pilulæ purgantes.

§. 16. Insignem habent usum in hoc affectu *pilulæ spadanæ eligmanni* dosis ℈j. & *pilulæ universales ex Mercurio vitæ correcto.* *Pilulæ spadanæ.*

CAP. XXIX.
De STRANGURIA.

§. I.

STRANGURIA est mingendi difficultas, quâ urina guttatim redditur. *Definitio.*

§. 2. Chylum ex ventriculo descendentem, ulterius ex admixtione bilis & succi pancreatici maturari, superius diximus, quo *Lotio urinæ naturalis.*

 in casu

in casu perfectæ elaborationis chyli illa, quæ sunt acria, acerba, & austera vertuntur in statum balsamicum dulcem, oleo temperante sales, & contra. Hæc quamdui secundum ordinem debitum procedunt, sanguis nulla sensibili acrimonia inquinatur, sed dulcedine balsamica gaudet naturali, ac proinde humores, excrementaque hic inde ex sanguinis materia sequestrata, temperata esse solentur, urinæ absque dolore excernuntur; saliva dulcis est.

Causa stranguriæ.

§. 3. Sed hic chyli & sanguinis status si turbetur, ita ut sales volatiles alkalici vel muriatici, vel acidi fluidi vel acerbi & austeri prædominium obtineant, non mirum etiam est, humores excrementitios iisdem infici salibus, qui ratione suorum angulorum acutorum, partes menbranosas vellicantes, dolores excitare valent. Serum itaque in renibus à sanguine sequestratum, si pauco oleo, multo vero sale vel alkalico volatili vel muriatico, vel acido & acerbo fœtum fuerit, non potest non, quin inde in excretione urinæ, dolor insignis oriatur, salibus partes menbranosas uretbræ acriter vellicantibus. Ut enim urinæ in naturali suo sit statu, oportet ut sales urinosi à molli demulceantur & temperentur oleo, in cujus defectu sales acuminibus suis undiquaque pungunt, scindunt, lacerant, & exquisitos excitant dolores.

Curativæ indicationes.

§. 4. In stranguria itaque respiciendum, utrum vel ab alkali volatili vel ab acido austero, vel à sale muriatico affectus hic originem trahat.

Sal acidũ enervant illa, quæ salibus vol. constant.

§. 5. Ab acido sale si stranguria procedat, conducunt

Nux muschata
Macis,
Aromatica omnia oleo & sale volatili blande fœta.

Etiam, testatia & terrestria.

§. 6. Item omnia illa, quæ acidos sales figere & concentrare valent.

Item, quæ blandis oleis constant.

§. 7. Item quæ blandis suis oleosis ramis & hamis spicula salium acidorum involvere & emulcere valent

ut Oleum amygdal. dulcium,
Olivar. recens,
Therebinthina,
Spiritus vini anisatus,
juniperatus,
Balsama sulphuris anisata,
juniperata.

§. 8.

§. 8. Conducunt insuper, si viscidita's notabilis adsit, sales volatiles alkalici oleosi blandi, quippe quæ potenter acida fermenta exstinguunt, & pituitam resolvunt. *Si viscidit as adsit.*

§. 9. In sale muriatico peccante potissimum præscribantur oleosa, viscosa & anodina, ut *Sal muriaticum enervatur per oleosa, viscosa, & anodina.*

Pilulæ de cynoglossa,
Tinctura opii,
Emulsiones ex seminibus,
Mucilagines eorundem,
Decocta ex salsa parill.
Gummi tragacantha,
arabicum,
Syr. de althæa fernelii,
papaveris.

§. 10. Item infringunt vero sales muriatici per *Etiam per acida volatilia.*

Acidum sulphuris,
nitri,
vitrioli,
salis.

§. 11. Si vero acrimonia procedat à sale vol. urinoso alkalico, conveniunt potentissimum illa, quæ vel blande sua aciditate prædictos sales enervare possunt, ut *Sal vol. urinosum peccans temperatur per acida,*

Spiritus salis
nitri
vitrioli in convenientibus vehiculis diluti.

§. 12. Vel quæ istos sales diluere valent, ut *Vel per sales diluentia.*

Cerevisia tenuis copiose pota
infusio *herbæ thee* multâ aquâ facta

§. 13. Purgetur postmodum patiens Cholagogis. *Purgandum.*

§. 14. Quidam pro specifico jubent umbilico instillare *In unctio.*

Oleum amygd. expressum, vel
nucis muschatæ, vel
Sevum agnitum vel
hirsitum.

§. 15. Quod si ab erosione sequatur urina cruenta, exhibeatur *Terebinthina* in forma boli, per dies aliquot continuos. Præscribaturque sequens aposema vulneraria. *In urina cruenta.*

℞. *Raa.*

Apoſema vulneraria.

℞. *Rad. conſolid. major.* ℥j
biſtortæ,
tormentill. an. ʒvj.
glycyrr. raſ. ℥ß.
Paſſul. cum toto, ℥ij.
Cort. granat. ℥ß.
Summit. hyperici, mß.
Herb. ſcanicul.
pyrolæ, *an.* mj.
Coq. in ſ. q. aq. hord. ſ. a. col. ℔ij. adde
Syr. de ſymphito,
de althæa fernel., *an.* ℥j.
M. F. apoſema vulneraria.

Hauſtus ad idem.

vel, ℞. *Specier. diatragacant. frig.* ʒß.
Trochiſci de terra ſigil. ℈ij.
Decocti hord. ℥ij.
Syr. de ſymphito, ʒiij.
M. F. hauſtus.

Cap. XXX.

De Dolore Colico.

§. I.

Definitio. COLICA PASSIO, ſive DOLOR COLICUS eſt vehemens abdominis dolor, in meſenterii plexibus nervoſis excitatus, qui inteſtino colo nonnunquam male imputatur, quia non ſemper in colo, ut vulgò putant, verum maxima ex parte in media alvo, ſeu meſenterio contingit, unde cæliaca paſſio potius appellari poſſit.

Bilis exoneratur in inteſtina. §. 2. Bilem in felliculo fellis collectum, per ductum cholidochum ad inteſtinum duodenum derivari, ibique ſeſe miſceri cum chylo ex ventriculo in idem inteſtinum delato, probatione multa non indigere putamus; quippe hoc ex anatomia ſatis clare patet.

Sic etiam ſuccus pancreaticus. §. 3. Idem ſentiendum eſſe de ſucco pancreatico, ex ducto pancreatico ſe in idem inteſtinum exonerante, *gravius* luce meridiana clarius demonſtravit; quæ pro inutilibus excrementis habenda ratio vetat, quippe quæ mera ſint excrementa nonquam poſtea cum

cum ſucco alimentoſo ſe miſcere obſervamus, ſed tanquam inutilia pondera rejici.

Bilis & ſucci pancreatici uſus.

§. 4. Conſideravimus itaque bilem & ſuccum pancreaticum, tanquam blanda fermenta chylum viſcidiorem ulterius maturantia & elaborantia, inſervitque præcipue bilis poſtmodum fæcibus terreſtrioribus pro ſtimulo ad inteſtina craſſa ad excretionem irritanda & vellicanda, hæc fermenta cum in naturali ſtatu ſunt, putamus illa eſſe valde temperata, particulis oleoſis, ſales demulcentibus, ne infeſta ſua acrimonia inteſtinorum menbranas vellicando, dolores, torminaque excitent.

Cauſa colici doloris.

§. 5. Verum ſi contingat, vel propter malam diætam ex acribus ſalibus, acidis, aromaticis, muriaticis & ſimilibus; vel ab ipſa diſpoſitione aëris, hæc fermenta à naturali ſua temperie degenerant, & in acidum muriaticum vel ſalinum alkalicum corroſivum mutari, non leves inde oriuntur turbæ in inteſtinis. Acidi enim ſales, quando ſe inſinuant in poris muci, in inteſtinis hærentis, ſedem ſtabilem nacti continuo & infauſto dolore quaſi erodunt inteſtina, oriturque colica ex pituita vitrea, in qua æger conquæritur de dolore quaſi fixo, & de torminibus ventris erodentibus, & de flatibus abdomen diſtentibus magna cum anxietate.

Curatio, ubi acidum unà cum viſciditate peccat.

§. 6. Si dolor fuerit valde urgens, curatio ab anodinis & emulcentibus inchoetur, ut

à Tinctura opii
Oleo amygdalarum dulcium
nucis moſchatæ expreſſo
Laudano opiato,
Diaſcordio, *&* ſimilibus

Medicamenta acidum infringentia.

§. 7. Nec non ab acido conſentrantibus & infringentibus, ut

à Coralliis
Oculis cancrorum,
Conchiliis
Teſtatiis quibusvis

Hauſtus anodinus & carminativus.

℞. *Diaſcord. fraccaſt.* ℈ij.
Confect. de hyacint. ℈i.
Ocul. cancri præparat. ℈ß.
Laud. opiat. gr. ij.
Salis abſinth. gr. x.

Olei cort. aurant. ſtill. gutt. iv.
diſſolvantur in ſ. q. aq. menthæ, cui addatur,
Sp. carminativi ſylvii pauxillum,
M. F. Hauſtus anodinus & carminativus.

Hauſtus anodinus. §. 8. In extrema dolore
℞. *Olei nucis muſchatæ expreſſ.* ℈i.
fundatur in cochleari argentino ſupra carbonum vivum, & miſceatur cum
Vino ſaccharino, cui adde,
Laud. opiat. gr. iſs.
Salis card. bened. gr. x.
M. F. Hauſtus anodinus.
vel, ℞. *Olei amygd. dulc. recent. expreſſ. cochl. N°.* ij.
Dentur calide,

§. 9. Ad acidum infringendum & pituitam reſolvendam, conducet ſequens mixtura.

Mixtura acidum infringens & pituitam reſolvens.
℞. *Aq. menthæ,*
majoranæ,
fœniculi. an. ℥iſs.
Sp. carminativi. ſylv. ℥i.
Ocul. cancri præparat. ℈ij.
Bezoard. min. gr. xxv.
Olei cort. aurant. gutt. v.
Laud. opiat. gr. iv.
Salis abſint. gr. xv.
Syr. de mentha ℥i.
M. F. Mixtura acidum infringens.

Sal volatile oleoſum. vel, ℞. *Salis volatilis aromatici vel oleoſi*, ℥ij. dentur in phiola, quarum capiat æger per brevia intervalla duarum, triumve horarum gutt. x. vel xx. in convenienti vehiculo.

Spiritus tartari. §. 10. Hunc in finem etiam conducit *ſpiritus tartari rectificatus*, etiam *ipſum oleum tartari per deliquium.*

Bolus ſudorificus. vel, ℞. *Theriac. venet.* ℈ij.
Diaſcord. fracaſt. ℈i.
Reg. antimonii med. gr. xx.
Olei fœniculi,
macis ſtill. an. gutt. iij.

corall.

Corall. rubr. præparat. ℈ß.

M. F. Bolus, cui superbibendum præbeatur *tinctura opii* cochl. I.

§. 11. Regio umbilicalis inungatur *oleo nucis muschatæ expresso*, & pannis calidis foveatur. *Innuctio.*

§. 12. Laudatur sacculus ex *semine cumini* conflatus, & calide ventri impositus. *Sacculus.*

§. 13. Tentet interim medicus, utrumve per clysteres aliquod salis corrosivi & pituitæ tenacis queat educere, quippe dum dolores urgent, per superiora ægrum purgare religio sit, quippe ordinario dolores intenduntur & tantis cum torminibus purgantur ægri, ut in periculum vitæ incidant, vel purgantia suffocatur, & non nisi anxietates & dolores infaustos excitant. Fælicius hoc per clysteres succedet repititos, præcipue si iis cum miscueris *trachiscorum alhandal* à gr. v. ad x. in aq. vitæ mathiol. dissolutorum. *Clysteres.*

§. 14. Dolor ubi paululum cessavit, salesque acidi per convenientia remedia sint temperati, fælicuis medicus tunc per inferiora purgavit, ut *Quando purgandum.*

℞. *Res. jalapp. gr.* viij. *Haustus purgans.*
diagr. sulphurat. gr. iij.
Dissolvantur in vitello ovi, adde,
Aq. menthæ q. s. ad form. haustus.
Olei macis stilt. gutt. iij.
M. F. haustus purgans.

vel, ℞. *Fol. senn. sine stip.* ℥ijß. *Haustus ad idem.*
Rhabarb. elect. ℥iß.
Olei tartari per deliq. gutt. xxv.
Sem. anisi,
fœniculi, an. ℥ß.
Stent in infusione per noctem in s. q. aq. hord.
Mane leviter semel atque iterum ebulliant, col. adde
Olei cariophyll. gutt. ij.
Syr. ros. solut. ℥ß.
M. F. haustus purgans.

§. 15. Quod si vero sales acres intestina motu molesto vellicantes, sint ex genere salium muriaticorum, conducunt anodina, om- *Curatio, ubi sal*

 niaque

muriaticum peccat. niaque illa, quæ blanda viscositate, vel pinguedine acria spicula illorum involvere valent.

decoctum emolliens.

℞. *Rad. salsæ parillæ non cariosæ*, ℥iij.
lappæ majoris,
fœniculi,
chynæ, *an.* ℥ij.
Ras. ligni sassafras, ℥ij.
Glychyrryzæ rasæ, ℥iß.
Passul. mundat. ℥i.
Coq. ex s q. aq. hord. col. ℔. IV. adde
Mell. scylliciti.
Syr. de althæa fernel. an. ℥iß.
M. F. decoctum emolliens.

Pilulæ dolorifica. §. 16. Hunc in finem etiam conducunt pilulæ hæc
℞. *Massæ pilulæ de cynaglossa gr.* xx. Fiant pilulæ No. IV. quarum, dolore urgente, capiat æger unam pro dosi.

Ubi bilis acri suo sale tormina ventris excitaverit. §. 17. Quod si vero bilis acri suo sale tormina ventris excitaverit, præstabit motum & furorem bilis compescere per blanda anodina, ut sedes, vomitus, aliave symptomata vehementiora sistantur.

℞. *Tinct. opii cum sp. salis dulc. extract.* ℥i.
Dividatur in tres doses, dentur successive per intervalla trium horarum.

Mixtura anodina.

vel, ℞. *aq. melissæ,*
boragin. an. ℥ij.
Sp. salis dulc. ʒij.
Nitri vitriolati gr. XXV.
Laud. opiat. gr. ij.
Antim. diaphor. solaris, ℈i.
Syr. de limonibus, ℥i.
papaver. ℥ß.
M. F. mixtura anodina.

Haustus anodinus.

vel, ℞. *Diascord. fracast.* ℈ij.
Confect. de hyacint. ℈i.
Laud. opiat. gr. iß.
Nitri vitriolati gr. ij. *dissolv. in s. q.*
Aq. boraginis meliss. q. s. ad form. haustus, adde

Olei

Olei sulph. per camp. q. s. ad grat. aciditatem.

M. F. haustus anodinus.

§. 18. Blande postmodum purgetur æger cum infusione *rhabarbari* addito *syr. rosʃ. solutiv.*, vel *de cichoreo cum rheo*; vel exhibeatur *diagridium cum succo glycyr.* correctum. *Purgans.*

In Dysenteria.

§. 19. Quod si vero contingat, bilem acriorem, vel succum pancreaticum acidiorem, diutius cum par est, in intestinis moram nectere, sensimque mucum intestinorum resolvendo, tandem ipsas intestinorum membranas erodere, orietur frequens dolorosa, sanguinolenta & purulenta alvi ejectio. intestina enim cum ab acri sale eroduntur, sequitur vehemens spirituum animalium influxus in fibras intestinorum obliquè descendentes. Cum autem sales corrosivi membranas intestinorum sensim & sensim erodunt, vasa tandem sanguinea aperiuntur, unde profusio sanguinis, quæ si diutius perduret, exulcerantur intestina & pus per inferiora ejici solet. *Causa dysenteria.*

§. 20. Hoc in casu omni conatu laborandum, ut quam primum salium acrium spicula obtundantur, & eorum fermenta compescantur, fluxusque sanguineus sedetur. *Curatio.*

§. 21. In summo itaque dolore exhibeantur *Medicamenta dolorifica.*

Pilulæ de cynoglossa, vel
styrache, vel
laudani opiatis, vel
Tinctura opii,
Lacca amygdalarum, *cum syr. papaverino.* *Mixtura dolorifica.*

vel, ℞. *Aq. menthæ*, ℥j.
plantag. ℥iij.
Cinamom. ℥ß.
Corall. rubr. præparat. ʒß.
Lap hæmathites pulv. ℈ij.
Lachrym. sanguinis drac. ℈iß.
Laud. opiat. gr. ij.
Syr. de symphito, ℥j.

M. F. mixtura dolorifica & adstringens.

Conditum ad idem.

℞. *Trochisc. de terra sigill.* ʒj.
Cornu cervi usti.
Corall. rubr. præparat. an. ℈j.
Conf. ros. rubr. ℥j.
Diascord. fracast. ʒij.
Syr. myrtini q. s. ad formam conditi,
M. F. conditum ad idem.

Si febris adsit.

§. 22. Febris si adsit, adhibeatur sequens bolus.
℞. *Diascord. fracast.* ℈ij.
Theriaces venet. ℈i.ß.
Reg. antim. med.
Antim. diaphoret. solaris, ana gr. x.
Laud. opiat. gr. iß.
M. F. bolus sudorificus.
vel, ℞. *Theriaces venet.,*
Confect. alkermes, an. ℈iß.
Trochisc. de succino,
de terra sigill. an. ℈iß. vel ij.
Syr. violarum,
de rosis siccis, an. ℥ß.
M. F. bolus ad idem.

Aposema consolidans.

vel, ℞. *Rad. consolidæ majoris,*
bistortæ,
tormentillæ, an. ℥j.
Herb. scaniculæ,
pimpinellæ,
plantagin.,
millefolii,
poligeni, an. mj.
Flor. rof. rubr. mß.
Passul. cum toto, ʒiij.
Aq. hord. q. s. f. s. a. aposema ad ℔ij.
M. F. aposema consolidans.

Aposema.

vel, ℞. *Rad. consolidæ major.* ℥iß.
Herb. pyrolæ,
alchymillæ an. mj.
hedræ terrest. ℈ij.

scani-

scaniculæ,
Summitatum hyper an. m ß.
Ras. c. c. ʒiij.
Coq. in s. q. aq. pura, in col. ℥xx. dissolve.
Syr. de althæa fernel.
batruos, an. ℥i ß,
Tinct. cinamom. ℥ß.
M. F. aposema.

§. 23. Ubi valida adstrictione opus est, in vehementi sanguinis proflusione, conducet *Tinctura martis adstringens ex aq. plantag.* sumpta. *Ubi valde adstrictione opus est.*

§. 24. Uti & stipticum specificum ex saturno & marte conflatum, cujus descriptio est. *Stiptici ex saturno & marte præparatio.*

℞. *Limaturæ chalybis q. p.*
Solvatur in s. q. sp. salis cum bolo facti, vel *sp. vitrioli rectificati, filtretur solutio, & evaporetur, donec cuticula apparere incipiat, vel abstrauntur tertiæ partes*, adde *huic liquori vitriolico sacchari saturni tantum, quantum pondus est liquoris: instituatur destillatio ex retorta vitrea leni admodum igne, omnemque humidum auferatur calore modesto ad siccitatem materiæ rubicundæ, cavendo tibi à vehementiori igne, ita enim ebullere solet, & non tantum liquor, sed & ipsæ particulæ martis & saturni crudæ feruntur in vas recipiens, cui difficultati mederi nequit chymicus, nisi lentissima destillatione, qua bene observata*, obtinebis materiam instar lapidis hæmatites rubicundam, dulcem instar sacchari, & potentissimè adstringentem, quod hoc in casu maxime desideratur, sc. ut sub dulcedine introducetur adstrictio vehemens, cujus dosis est, à ℈ß. ad ℈iß.

§. 25. Convenit insuper potus *vini tincti hyspanici*, successivis dosibus parva quantitate exhibiti. *Vinum tinctum.*

§. 26. In intestinis crassis, si malum hæreat, præscribatur clysteres emollientes, detergentes, anodini, prout conditio ægri hoc expedit. *Clysteres quando conducunt.*

℞. *Lactis chalybeati*,
Juris carn. vervecin. præcipue ex capite, *an.* ℥iv.
Vitellor. ovor. No. ij.

Mell.

Mell. rosat. ℥ij.
M. F. Clyster detergens.

Clyster anodinus.
vel, ℞. *Therebint. in vetell. ov. dissol.* ʒij.
Diascord. fracast. ʒi ß.
Lactis vaccinæ, ℥viij.
Ros. rubr. pulv. ℈j.
M. F. enema leniens & anodinum.

Clyster ad idem.
vel, ℞. *Juris carn. vervec.* ℥viij.
Mucilag. sem. speli,
cydonior., an. ℥j.
Sacchari thomei,
Olei amygd. dulc. an. ʒvj.
M. F. clyster.

Balsamum Italicum.
§. 27. Balsamum Italicum nostræ descriptionis, per os ad quantitatem nucis muschatæ, efficacissimè ulcera intestinorum detergit & consolidat, omneque illud præstat, quod à generoso balsamo sperari potest medicus. Hinc etiam in hæmorrhagiis internis exulceratis detergendis & consolidandis arcani loco habetur.

Inunctio.
§. 28. Venter inungatur sequenti linimento.
℞. *Olei nucis muschatæ express.* ʒij.
macis still. ℈j.
sem. papav.
hyosciami,
myrtillor. ana ʒi ß.
M. F. linimentum, quocum venter calide inungatur, cui postmodum applicetur *emplastrum de mastiche.*

Haustus purgans.
§. 29. Ubi leniter purgandum judicaverit medicus, tentabit hic cum rhabarbaro tosto, quippe quod terreis suis particulis in fine adstringit.
℞. *Rhabarb. tosti sub ciner.* ℈ij. *vel* ʒj.
Laud. opiat. gr. j.
Exhibeatur in s. q. seri lactis addendo.
Syr. violar. ℥ß.
M. F. haustus leniter purgans.

Bolus valde consolidans.
§. 30. Ad totalem ulceris consolidationem laudatur
℞. *Gummi arabici,*
Ceræ albæ an. ʒß. *in malo cydonio,* ,

Ad

Ad mollitiem coctæ ana ℥ſs. quibus addantur
Masthices gr. iij. *vel* iv.
F. bolus.

§. 31. Chymici præſcribunt ſuum crocum martis adſtringentem, ſequenti methodo elaboratum. *Croci martis adſtringentis præparatio.*

℞. *Limaturæ chalybis pur. q. p.*
Corrodatur per urinam in rubiginem, quam poſtmodum vehementi igne in crocum ſubtiliſſimum comburito, & abluatur aq. roſacia, & obtinebis adſtringens potentiſſimum in dyſenteria & hæmorrhagiis quibus, cujus doſis eſt à gr. x. ad ℈j.

§. 32. Laudatur inſuper *tinctura corallorum adſtringens*, cum *ſucco berberis* elaborata. *Tinctura corallorũ.*

§. 33. In *diæta* conveniunt pulpiculæ ex lacte vaccino, cum hordio, vel milio & ſimilibus conflatæ; item cremor lactis dulcis; cibi condiantur aromatibus leniter & blande adſtringentibus. *Diæta.*

Cap. XXXI.

De Scorbuto.

§. 1.

SCORBUTUS eſt intemperies belgis mare accolentibus endemia, quâ manus, pedeſque maculis ſæpe lividis conſpurcantur, accedit item crurum debilitas, oris fætor, dentes vacillantes, ſanguinem manantes gingivæ, ſpaſmi, dolores, arthritideſque vagæ, colica & ſexenta alia ſymptomata. *Definitio.*

§. 2. Activa ſanguinis noſtri principia conſtare ex tenui & volatili ſale & oleo, nemo inficias ibit, qui ſanguinem analogi chymico ſubjecerit; in hujus enim examine per ignem, ſal & oleum ſe oculis objiciunt conſpicienda inſigni ſatis copia. Hi ſales cum juſta ſua tenuitate & agilitate pollent, nec non ab oleis blandis ramentis involvuntur, materiam ſanguinis reddunt activam, floridam, quippe tinctura ſanguinis, non niſi ab intima ſalium & olei unione procedit dulcem, balſamicam, nutrientem & foventem. *Naturalis ſanguinis mixtura.*

§. 3. Verum in ſtatu præternaturali, ſi peccetur, tam ratione ſalis *Cauſa ſcorbuti duplex.*

lis, quam oleorum, non poteſt non, quin oriantur magnæ perturbationes in corpore humano.

Symptomata à ſale peccante producta.

§. 4. Sales enim ſi peccent vel quantitate vel qualitate, balſamum ſanguinis oleoſum depauperant, acre reddunt, & ad nutriendum inidonium; qui inſuper craſſitie, enertia ad motum ſuſcipiendum, & acrimonia peccante ſanguinis mixturam condenſant, & ad liberiorem fermentationem in corde ſubeundam inhabilem reddant: hinc obſtructiones, laſſitudines ſpontaneas, anhelitus, difficiles reſpirationes, palpitationes cordis oriundas, obſervabit medicus. Sales inſuper hi, cum particulis nutrientibus, ad omnes corporis partes delati, infeſta ſua acrimonia partes membranoſas, & nervoſas vellicant, unde in extimis partibus quandoque eroſiones, exeſiones, hæmorrhagias in gingivis in ore, & in naribus, annotabit practicus. In interioribus vero partibus dolores rodentes, lancinantes, pungentes; prout ſales diverſis figuris & angulis præditi ſunt, hinc tormina inteſtinorum & dolores artium, conſumptiones & emationes corporis. Sales enim acres ipſam muſculorum ſubſtantiam & pinguedinem erodentes, portionem ſecum auferunt, & in ſanguinis materiam reducunt, unde quandoque urinas, pinguedine quaſi obductas, conſpicere licet.

Symptomata ab oleo peccante producta.

§ 5. Ab altera parte, ſi oleo ſua tenacitate & viſcoſitate peccent, ita ut ſales volatiles illorum ramentis ita involvantur, ut ſe iiſdem exſtricare difficulter queant, ſanguinis materia itidem redditur iners, pinguis, viſcoſa & ſucceſſu temporis ſitum contrahit, & ranceſſit, & ad nutriendum incapax evadit. Eidem ſales ad extimas corporis noſtri partes delati, & ad cutem detruſi, cum propter craſſitiem ſuam tranſpirare nequeunt, illic pro tempore hæreant, cutemque diverſis maculis inficiunt, lividis ſc. vel purpuriis vel flaveſcentibus, prout diverſæ ſanguinis particulæ bilioſæ, terreſtres, cum iiſdem extravaſatæ combinantur.

Indicationes curativæ.

§. 6. Ex diverſis itaque cauſis cum ſcorbutus dependeat, ut medicus etiam diverſa incedat via, neceſſum eſt, utque accurate examinet, an vitium ſit à parte ſalium, an vero à parte olei, & quidem, ſi ſales ſuſpectos habeat, judicet an ſales peccent aciditate & auſteritate, an vero ſint ex genere muriaticorum vel alkalium volatilium.

§. 7.

§. 7. Acidi & austeri sales corriguntur concentrando per *Acidi sales corriguntur concentrando.*

Corallia,

Oculos cancrorum,

Testatia,

Limaturam martis, *& similia*.

§. 8. Vel emolliendo & dulcificando cum blandis oleis aromaticis, cujus exemplum præbent dulcificatio *spiritus nitri* & *salis*, quorum salium acuti anguli, vel latera acuta, ita blando & volatili oleo vini involvuntur, ut ex summa acredine reducantur in statum temperatum: conducunt itaque hoc in casu *aromatica quævis blando oleo & sale volatili* fæta, & ex his compositi *sales volatiles oleosi* & *aromatici*. *Vel emolliendo & dulcificando.*

§. 9. Præscribuntur ab autoribus ordinaria antiscorbutica, quæ multo sale volatili constant, ut *Medicamenta antiscorbutica.*

Cochlearia,

Nasturtium,

Raphanus rusticus,

item *Sales volatiles animalium simplices*,

urinæ,

sanguinis humani,

Sales ammoniaci, quæ quidem omnia potenter acida & austera fermenta sanguinis exstinguunt, sed propter suam intensam acredinem salinam, balsamum sanguinis oleosum nimis depauperant salinis, itaque judicavero, si cum balsamicis oleosis temperata & associata præscribant, ut

℞. *Elixir. paracelſ. cum alkali fixo tartari præparat.* ℥j. *Sal circulatum.*

Sp. salis ammoniaci, ʒij.

M. circulentur, quo diutius eo melius, ita enim sales volatiles urinæ cum balsamo croci, mirrhæ, & aloës maritati, omnem absolvent paginam; quippe mediantibus salibus volatilibus urinosis exstinguetur acidum, sanguinis mixturam ipsius nimiam condensans, & ad fermentationem in corde suscipiendam inhabilem reddens: per crocum vero & mirrham & aloëm conservabitur sanguis, qui ad nutriendum idoneus redditur. Capiat æger prædicti *salis circulati* gutt. xx. vel xxx. in vino generoso gallico, bis terve de die.

§. 10. Vel hujus loco, prodinetur sal volatile oleosum, ex herbis *Sal volatile oleosum.*

herbis, quæ magis ad naturam oleosam inclinant, quam Quidem ad salinam, utpote

Herbæ multo blando oleo constantes.

Herb. menthæ,
majoranæ,
thymi,
lauri,
lavendulæ,
cent. minoris,
melissæ, quibus pro libitu addi possunt,
cortices citri.
aurantiorum chynensium,
nux moschata, & similia.

Decoctum

§. 11. Verum cum quandoque sanguinis depravatio tanta est, ut à paucilis guttilis ad præstinam reduci nequiunt statum, ad decocta & vina medicata recurrendum, quæ sua quantitate totam sanguinis massam perluere valent, ut

℞. *Ras. ligni guajaci*, ℥ij.
sassafras, ℥iß.
Cort. tamarisci, ʒij.
Rad. fœniculi.
chynæ, an. ℥i.
Herb. menthæ.
salviæ,
cochlear. an. mi.
Rad. glychyrr. rasæ, ℥iß.
coq. in s. q. aq s. a. addendo in fine,
Vini gallici generosi vel,
Hydromell. ℔i. *vel* ℥xx. *col. adde,*
Mellis scyll. ℥ij.
Salis card. bened. ʒi.
vol. oleosi, ℈ij.
M. F. decoctum.

Vinum medicatum.

vel, ℞. *Rad. enulæ campanæ,*
calami aromat.
galangæ, an. ʒvi.
raphani rustici,
filicis, an. ℥ß.

Cort.

Cort. citri.
aurant. an. ℥ij.
tamarisci, ℥iij.
Herb. cent. min.
menthæ,
melissæ, an. mi.
Bacc. juniper.
lauri. an, ℥i.
Sem. anisi,
fœniculi,
dauci, *an.* ℈ij.
M. F. species pro vino medicato.

Quibus ventriculus debilior est, & præcipue si speciebus ligna guajaci, sassafras, corticesque duriores addideris, non inconveniens erit, vinum acuare spiritu vini ad ℥x.

vel, ℞. *Specierum lætificantis galeni q. p.* misceantur cum s. q. *syr. de menthà.* vel si temperatius desideraveris medicamen cum *syr. de aciditate citri* q. s. ad formam electuarii, dosis quantum cuspide cultri contineri potest. *Conditum.*

vel, ℞. *Specierum diambræ*, *Conditum.*
diamoschi dulcis,
dianthos, *an.* ℈ij.
Conserv. anthos,
flor. salviæ,
cort. citri condit. an. ℥ß.
Syr. de stechade q. s. ad form. conditi,
Olei cort. aurant. still. gutt. v.
M. F. conditum.

§. 12. Sales muriatici si peccent, conducunt oleosa, blando spirituoso acido temperata, ut *Sales muriatici corriguntur per oleosa blando acido temperata.*
elexir paracelsi cum acido sulphuris elaboratum,
vina medicata cum sp. vitrioli, vel
nitri dulcis, vel
salis ad gratam saporem exacuata & digesta.

§. 13. Situm vero, vel rancedinem si sanguis contraxerit ex oleo nimis tenaci, & viscoso, convenient acida potentiora, *Situs corrigitur per acida potentiora.*

 ut

ut *spiritus nitri.*
vitrioli,
succi citrorum. & similia.

Item per decocta. §. 14. Item decocta ex incidentibus, attenuantibus, & aperientibus conflata, & cum *tartaro*, *cremore tartari*, *tartaro vitriolato*, *nitro vitriolato* exasperata.

purgantia quando. §. 15. Humores correcti, purgentur foras cum *extracto catholico*, *mercurio dulci*, *trochiscis alhandal*, vel *mercurio vitæ correcto*, & similibus.

Sudorifera qualia. §. 16. Sudorifera non inferioris in hac scena obtinent, præstantque mineralia vegetabilibus, quorum formulas supra descriptas videre licet.

Cap. XXXII.

De Lienteria & fluxu Cœliaco.

§. I.

Definitio. LIENTERIA est fluxus alvi, seu levitas intestinorum, quâ cibus non alteratus, per alvum egeritur.

Concoctio ciborum in ventriculo naturalis. §. 2. Alimenta masticata, & saliva perfusa, per æsophagum ad ventriculum detrusa, ibidem occurrere fermento ventriculi, partim per arterias cæliacas eo delato, partim ex reliquiis alimentorum, ultra modum fermentatis, & in fermenti naturam evextis, generato, superius diximus, quo in statu alimenta attenuantur, dividuntur, communiuntur quoad minima per motum particularem intestinum, quem ex diverso transfluente æthere, partes alimentorum suscipiunt, quippe cum pori fermentorum & alimentorum inter se etiam discrepantiunt, in figura non correspondeant, diversas etiam transmittere particulas ignis cœlestis, necessum est, quæ cum inpingunt in poros corporum figuræ suæ non convenientes, in latera pororum feruntur, corporaque diversimode concutiunt, agitantque quaquaversum, quæ itidem in alia inpingendo, illa vel in consensum trahunt secum, vel qua datur via, expellunt, qui status etiam corporum fermentantium, quam fermentationem multùm promovent partium adjacentiũ fotus & calor, itidem figura ventriculi per respirationem, modo rotundior, modo oblungior facta, par-

partes ſibi concreditas variè diſponens & agitans. Ad hæc facit mora alimentorum in ventriculo, cujus beneficio partes inter ſe luctantes, tam diu prælium continuant, donec multæ, quæ eundem gradum motus ſequi poſſunt, & præter propter easdem ignis cœleſtis particulas per poros ſuos transmittunt, ſocietatem ineant, & deſcribant alituræ noſtræ futurum pabulum, chylum ſc. ulterius per bilem & ſuccum pancreaticum elaborandum, & maturandum in transitu ſuo per inteſtina, hæc quando fiunt ſecundum leges & ordinem naturæ, alimentorum elaboratio prima bene procedit.

§. 3. Verum cum homo multis obnoxius ſit infirmitatibus, partim propria culpa, per malum vitæ regimen emtis, partim per injuria aëris abortis, mechanica hæc alimentorum elaboratio multis modis lædi poteſt. Quibus alimenta indigeſta, cruda, immutata primam transeunt æconomiæ noſtræ officinam, quippe hæc contingere poſſunt, vel ex defectu fermenti legitimi, vel ex fermento vitiato acri ventriculum ad excretionem alimentorum eritante, vel ex fibris ventriculi oblique adſcendentibus & orbicularibus circa inferius os (pylorem ſc.) nimium relaxatis, quod à nimio potu cereviſiæ tenuioris, vel aquæ prædictas fibras relaxante accidere ſuo damno experiuntur ægri, vel à lubricitate & mucoſitate ventriculi interius pituita glabra obducti, vel denique ex fotu & calore partium circumjacentium deficiente, quæ omnia prudens medicus accurate examinare debet, quo patienti ſuo citius & tutius ſuccurrere valeat. *Cauſa lienteriæ.*

§. 4. Exterius itaque in defectu caloris, regioni ventriculi inungantur olea aromatica multo ſale volatili fœta, per quorum poros ignis cœleſtis celeri fertur fluxu, poris ventriculi correſpondens, ut *Curatio.*

Oleum nucis muſchatæ expreſſum,
nardinum,
maſtichinum cum pulv. aromatum,
careophyll.
macis,
menthæ, & ſimilium in formam unguenti vel linimenti redacta, quibus in fibrarum adſcendentium & orbicularum relaxatione corroborantia & adſtringentia adhibeantur, ſc.

olea multo ſale volatili fœta.

Pulv. nucis cupreſſ.
cinamomi,
flor.

Corroboratio & adſtringentia.

flor. balaust.

cort. granat. & similium.

Pituita viscida incidatur per blanda acida. §. 5. Mucus & pituita viscida interiorem ventriculi tunicam obsidens, incidatur per sales vel volatiles alkalicos simplices, vel aromaticos & oleosos; vel per blandiores & volatiles acidos, quippe *Spiritus nitri dulcis*,

salis dulcis, prout medicus hos judicaverit fermento patientis analogos vel dissimiles.

Quando vomendum. §. 6. In principio ubi vires adhuc constant, vomitorio uti, quod vetat ad pituitæ viscosæ attenuationem, vel fermenti acris expulsionem.

Fermenti defectus restauratio. §. 7. Defectus vero, vel vitium fermenti, quomodo supplenda vel immutanda sint, id docebit caput de fame aucta & imminuta.

De Passione Cœliaca.

Definitio. §. 8. COELIACA PASSIO sive affectio, est alvi fluxus, in quo cibus vel in totum, vel ex parte mutatus, absque chylificatione, per anum ejicitur.

Causa fluxus cœliaci. §. 9. Licet vero in prima œcomoniæ animalis officina, omnia secundum regulas motus perficiantur, ventriculique fermentum ignis cœlestis transfluxu fœtum, & calor partium circumjacentium se rectè habeant, chylusque in ventriculo quantum fieri potest elaboretur, tamen multa accidere possunt, quæ impediunt quo minus alitura procedat. Considerandum enim est, quod dum alimenta per luctam, seu motum intestinum quaquaversum in omnes partes vertuntur, tandem societatem ineunt, & describunt futuræ alituræ pabulum, auscultentque uniformi ignis cœlestis transfluxu, tamen partium alimentosarum cohæsio tanta etiam non est, ut liquidiorem & fluidiorem quemdem describant statum, quam ante fermentationem, non ita tamen fluidum, ut activa illorum principia (sales & olea sc.) sufficienti copia, qualis requiritur ad perfectam alituram se ex nexibus viscosorum & terrestrium partium exstricare & secessum facere queant, ac proinde provida natura chylo ex ventriculo elabenti, alia destinavit fermenta attenuantia, incidentia, nexum partium dissolventia, diluentia (bilem sc. & succum

ſuccum pancreaticum,) quorum beneficio olea, & ſales volatiles, ſerum & terra ſubtilior chyli ex vinculis ſuis in libertatem vindicata, per vias à natura effabricatas, ſeceſſum à fæculentis, oleoſis, ſalinis, craſſioribus, terreis facere poſſunt, ingredique orificia vaſorum lacteorum innumerali ſerie & in inteſtina tenua deſinentium, ad quod faciunt mora chyli in inteſtinis, inteſtinorumque motus oblique deſcendens peryſtalticus, & muſculorum abdominis continua preſſio, ſed & hic miſerabilis conditio hominum ſe prodit, licet ſe fermenta prædicta ſe bene habeant, & ligitima incidendi, attenuandi & deluendi potentia valeant, chylusque in ventriculo probe ſit elaboratus, tamen ſuo alimento privari poſſet miſer homo, propter alimenti transitum denegatum, quod vel ab obſtructione vaſorum lacteorum, vel eorundem per exulcerationem præcedentem cohaliſione procedere poteſt, quo in caſu chylus excernitur probus, vocaturque affectus hic *fluxus* ſeu *paſſio cœliaca.*

§. 10. Obſtructio vaſorum lacteorum, ſi ſit apertè inferioris tunicæ inteſtinorum viſcoſo nuco, vel pituita obductæ, prudens medicus exhibebit illa, quæ acutis ſuis ſalibus viſciditatem incidere & attenuare valent, qualia ſunt *Curatio, in obſtructione vaſorum lacteorum.*


Ex herbis, *abſinthium*, *Medicamenta incidentia.*
centaurium minus,
Ex lignis, *lignum guajaci*,
ſaſſafras,
Ex rad. *radix enulæ campanæ*,
raphani ruſtici,
Ex animalibus *ſales volatiles urinæ*,
eboris,
cornu cerv.
Ex mineralibus *ſpiritus ſalis*,
nitri,
Tartarus vitriolatus,
Nitrum vitriolatum,
Acidum ſulphuris ex quibus exercitatus chymicus varias medicamentorum formulas ſibi fabricare poterit, pro ratione virium & conditionis ſibi concrediti patientis.

Curatio, si vitium sit penes fermenta.

§. II. Vitium si hæreat penes fermenta, quibus chylus viscosior elaborari debet, ut justum attingat fluiditatis statum, activitatem fermentorum promoveat medicus per sales volatiles, & olea aromatica chymicè elaborata, & artificiale conjuncta, quæ vel bilis viscidítatem & inertiam corrigent, vel defectum olei & salis supplebunt, vel per aquosa, leviora & blandiora acida diluendo & incidendo chylum, quæ omnia à prudenti dependent medici judicio, reflectentis ad fermentorum bilis vel succi pancreatici constitutionem, pro quorum variis conditionibus medicus ad varia confugit medicamina, modo alkalicis, modo acidis, modo muriaticis fœta, oleisque tenuioribus maritata. Quorum cognitio non fugiet illos, qui sedulo labore & profunda meditatione naturæ leges remantur, & secundum magni verilani effectum non excogitant, nec figunt, sed pigro labore inveniunt, quod natura facere, aut ferre queat.

FINIS.

IN-



INDEX CAPITUM.

CAP. I. *De Apoplexiâ.* fol. 1
II. *De Paralysi.* 11
III. *De Epilepsia, ejusque vertigine.* 13
IV. *De Lethargo, seu veterno.* 19
V. *De Catalepsi, seu catocho.* 21
VI. *De Comate somnolento.* 24
VII. *De Comate vigili.* 25
VIII. *De incubo.* 27
IX. *De Delirio & phrenitide* 27
X. *De Stultitiâ, melancholia & mania.* 31
XI. *De Capitis dolore seu cephalalgiâ.* 34
XII. *De Catharris in genere.* 37
1. *de Arthritide.* 39
2. *de Cataracta.* 41
3. *de Ophthalmia.* 42
4. *de Aurium dolore.* ib.
5. *de Odoratu læso.* 43
6. *de Tussibus.* ib.
7. *de Suffocatione.* 44
8. *de Dentium dolore.* 46
9. *de Convulsionibus.* 47
10. *de Nervis punctim læsis.* 49
11. *de Scrophulis.* 50
12. *de Angina.* 53
XIII. *De Phthisi.* 56
XIV. *De Pleuritide.* 58
XV. *De Asthmate.* 62
XVI. *De Tussi.* 65
XVII. *De Palpitatione cordis.* 68
XVIII. *De Febribus in genere.* 70
De Febribus intermittentibus. 73
1. *de tertianis.* 74
2. *de quartanis.* 76
3. *de continuis.* 79
4. *de malignis sive pestilential.* 82
De alvi fluxu. 85
De carbunculo. 86
De Bubonibus. 87
XIX. *De Febri hectica.* 90
XX. *De Fame aucta & imminuta.* 92
XXI. *De Ictero.* 97
XXII. *De Hydrope.* 101
XXIII. *De Variolis & morbillis.* 105
XXIV. *De Renum calculo.* 108
XXV. *De Gonorrhea & luë venerea.* 113
De inflammatione testium. 116
De bubonibus. 117
De ulcere urethræ. 118
De luë venerea. 120
XXVI. *De chlorosi seu morbo virg.* 122
XXVII. *De menstruorum fluxu vel impedito vel aucto.* 127
XXVIII. *De Passione hysterica.* 131
XXIX. *De stranguria.* 133
XXX. *De colico dolore.* 136
De dysenteria. 141
XXXI. *De Scorbuto.* 145
XXXII. *de licenteria & fluxu cœl.* 152

FINIS.

INDEX REMEDIORUM.

A.

Acida volatilia. 17.45.66.153

Acido-salsa, 97.

Acida & austera fermenta enervantia, 133. 147.

Acidum infringentia, 137.

Acida potentiora, 151.

Aciditate blanda constantia, 134. 152.

Antiscorbutica, 147.

Anodina blanda, 66.135.137.141.

Aposema, 61. 81. 84. 91. 107.

adstringens, 67. 130.

laxans, 56.

vulnerarium, 136. 142. *ibid.*

B.

Balsamum, 12.21.50.

sulphuris anisatum, 44.

compositum, 44.58.84

antimonii præp. 58.66.

fœniculatum, 66.

succinatum, 41. 50.

terebinthinatum, 50.

chephalicum, 6. 20.90.

cobaiba, 115.

Italicum, 50. 144.

mundificativum, 50.

Balneum, 13 114.

Bolus consolidans, 114.

præservans, 116.

purgans. 39. 48. 120. 126.

sudorificus, 10.18.26.30.35. 39.40.49.49.52.60.74.75. 78. 99. 104.121.126.138. 142.

C.

Cardiaca fixa, 90.

Cauteria actualia, 46.

Cataplasmata, 40.52.54.62.86.87.

Cineres corvi, 18.

Claretum seu julapium, 36.37.61.81.

Clyster molliens, 7.25.142.144.

incidens, 7.139.143.

Collyrium, 42. 108

Conditum, 69. 85.96.129.117.

adstringens, 67.85.130.

præservans, 89.

purgans, 115.

Corroborantia & adstringentia, 151

Crystalli saturni, 58.

Cucupha, 20. 23.

D.

Decoctum, 8. 57. 63. 69. 78.99. 103. 110. 125.129.148.

brassicarum rubr. 64.

cicerum, 108.

emolliens, 140.

ficuum, 107.

purgans, 121.

Diæta, 10. 78. 79.91.127,

E.

Electuarium præservans, 89.

Elixir mellis, 44. 66.

regii, 45. 88.

prop.

prop, parac. cum acido sulphuris præparat. 64.84.
prop. parac. cum sale tartari præparat. 49. 58.
Emplastrum, 12.41.47.51.52. 62. 117.
de ranis cum mercur. 51.117.
diachilum cum gummis, 86.
Nurenburgense, 41.
F.
Fotus, 23.40.54.104.116.120.
G.
Gargarisma, 53.54.55.
H.
Haustus adstringens, 85.
alterans, 77.
chinæ chinæ, 79.
diureticus, 112.115.
dolorificus, 95.138.
ligni colubrini, 79.
purgans, 9.25.26.30.36.37. 55.64.74.76.83.88.102. 103.139.144.
præservans, 116
sudorificus, 10.18.19 29.35. 49.61.69.96.104.106. 107.108.137.140.
vulnerarius, 136
I.
Injectio anodina, 118.118.135.
adstringens, 112.
Inunctio, 132.139.
Inustio moxæ, 19.
L.
Lac capellum, 58.
vaccinum, 47.
Linctus, 58. 67.
Linimentum, 12.50.54.62.101. 105.120.133.
Liquor incidens, 40.40.
limacum, 66.
mundificativus, 120.128.
M.
Mixtura, 46.67.80.151.
carpib. manuū applicanda. 70.
de tribus, 9.104.
dolorifica, 138.140.141.
sudorifica, 30 35.36 43.45. 76.83.88.96.126.138. 140.141.
Mercurius vitæ correctus, 121.
Metalla fixa, 16.95.130.132.
N.
Narcotica, 25.
Nitrum vitriolatum, 81.92.
Nodulus, 132.
O.
Oleum stillatium, 95.
artificiale, 41.
amygdal. dulcium, 42.
causticum, 46.
ligni guajaci, 118.
sale volatili fœtum, 5.134.152
nucis moschati exp. 49.50.
raparum, 108.
sabinæ, 41.
scorpionum, 112.
spicæ, 50.
uriginis, 118.
vitrioli, 47.
Opiata in genere, 17.95.141.
Oxyrrhodium, 5.

P.

Pilulæ adstringentes, 119.
de cynagloss. 44.65.140.
de stechade, 43.131.
eligmanni, 33.133.
nostræ catholicæ, 73.
purgantes, 9.33.39.48.52.
64.74.102.115.120.126.
129.133.
Pulvis alterans. 32.60.91.94.96.
126. 128.
ad salivationem, 93.
purgans, 30.55.103.
sudorificus, 26.35.76.90.107
Purgantia, conditum, 115.
asoth solificatus, 77.
bolus, 39. 48. 120.126.
haustus, 9. 25.26.30.36.37.
55. 64.74.76.83.88.102.
103.139 144.
hydragoga angli sali, 21.
mercurius vitæ correctus, 77.
pilulæ, 9. 33. 39. 48. 52.64.
74. 102. 115. 120.126.
129. 133.
eligmanni, 33. 133.
nostræ cathol. 73.
pulvis, 30.55.103.
præcipitatus solaris, 77.
lunaris, 77.
ex antimonio, 77.
Præparationes aquæ spadanæ, 33.
balsami sulphuris comp. 84.
sulph.antim.tereb. 116.
sacchari saturni, 113.
tumores emollient. 117.
zamech paracelsi, 111.
croci martis adstringentis, 145
elixiris antinephritici, 111.
mellis, 63.
regii, 70.
emplastri magnetis arsenicalis, 86.
mercurii in præcip. redacti 51
albi præcip. purg. 76.
martis aperitivi Willisii, 100.
olei artificialis, 41.
purgantis & vom. ex antimonio, 77.
salis tartari volatilis, 104.
salis mediæ naturæ diuretici,
111.
sp. antinephritici, 111.
stiptici ex saturno & marte,
111.
tincturæ succini, 112.
vitri antimonii correcti, 77.

S.

Sales alkalici, 94.
alkalici volat. 18. 20.45.132.
134.
circulati, 147.
prunellæ 73. 81.
tosti, 83.
vol. oleos. & arom., 9.23.95.
126.138.147.
Sales deluentia, 136.
Specifica in aurium dolore, 42.43.
in dentium dolore, 47.
in ictero, 97.
in lethargo, 20.
in febribus malignis, 87.
in menstruorum fluxu, 129.
conservantia, 89.

Spiri-

Spiritus ex animalium partibus eliciti, 6.
fuliginis, 6.
nitri, 81. 99.
ſale volatili fœti, 15. 16.
ſalis ammoniaci, 6.
ſalis dulcis, 58.99.
tartari volatilis, 138.
vitrioli, 81. 99.
vitrioli rectificati, 46.
Stomachica, 124.
Sternutatorium, 15.23.43.
Stupha, 13.
Sudorifera: bolus, 10.18.26.30. 35. 39.40.48.49.52.60. 74. 75.78.99.104.121. 126.138 142.
hauſtus, 10.18.19.29.35 49. 61.69.95.104.106.107. 108.137.140.
mixtura, 30. 35. 36. 43. 45. 76. 83. 88. 96.126.138 140. 141.
pulvis, 26.35.76.90.107.
mineralia & metallica, 65.95. 130. 132.
Suffimentum, 6.20.21.23.43.88.

T.

Tabellæ, 64.
Teſta ovorum, 112.
Teſtacia, 65.132.
Teſtacia & terreſtria, 17.94.130.
Tinctura corallorum, 67.145.
concinilliæ, 112.
metallorum, 11.99.193.112.
martis adſtringentis, 104.
volatilis, 99.
munialis, 58.92.
Opii, 17.40.44.65.75.81.140
ſuccini, 18. 112.

V.

Vapor, 12. 41.
Vinum medicatum, 32.77.95.128. 148.
purgans, 79.
tinctum hiſpanicum, 143.
Unguentum, 49.51.117.118.
ad ſalivationem, 122.
mundificativum, 116.
nutritum, 113.
Vomitorium, 17.24.
Urinas moventia, 110.
Ureteras laxantia, 110.

FINIS.

INDEX
Medicamentorum Simplicium.

Simplicia sunt aut nativa aut præparata, nativa sunt

1. Mineralia, ut, 1. terræ, 2. aquæ, 3. lapides, 4. metalla & mercurialia, 5. salia, 6. sulphurea.
2. Vegetabilia, ut 1. aromata, 2. cortices, 3. flores, 4. folia, 5. fructus, 6. fungi, 7. ligna & visca, 8. radices, 9. succi, 10. olea & balsama, 11. resinas, 12. gummi, 13. gummata.
3. Animalia, ut, 1. integra, 2. partes carnosæ, 3. partes membranosæ, 4. cornua. 5. ossa, 6. crustacea seu testacia, 7. lapilli, 8. lac, & serum, 9. fella, 10. medulla, 11. pingues, 12. sanguis, 13. seva, 14. stercora & urina, 15. ungues & coagula.

De MINERALIBUS

1. *De Terra.*

Terra lemnia, 17.
Terra sigillata, **gesegelde aarde.**
Terra, 10. 17.66.86.91.108.
Trochisci, 66.119.130.136.142.
Bolus armenus, 66. 119.

2. *De Aqua.*

Aqua, **water.**
Simplex, 42. 63. 69. 92. 119. 120. 128.
Chalybeata, 67. 103.
Spadana artificialis, 95. 133.

3. *De Lapidibus.*

Corallium, **coraal.**
Rubra præparata, 10.17.26.49. 65.66.67.84.85.90.94.108. 111.130.131.137.139.142. 147.
Tinctura, 67. 145.
Gemmæ, **edel gesteente.**
Sal. 8. 26.
Perlæ, **peerlen.**
Perla, 17.90.94.130.
Magisterium, 106.
Hæmatites, **bloed-steen.**
Hæmat. 17.66.67.94.129.139.
Flores, 103.131.
Calx viva, 120.

4. De Mercurialibus, & sunt 1. metalla, 2. metalla finitima, 3. metallica excrementa.

De Metallis.

Aurum, **gout.** Sol.
Folia, 16.88.90.

Cro-

Crocus, 16. 95.
Præcip. purgans. 77. 99.
Argentum, ſilver / Luna.
Folia, 16. 26.
Crocus, 16. 95.
Purgans, 21. 52. 77.
Ferrum, yſer / Mars.
Ferrum, 17.
Limatura chalibis, 17. 32. 92. 125. 150. 145.
Mars potabilis, 99. 103.
Crocus martis adſt. 33. 99.
Tinctura martis vol. 67. 104. 130. 143.
Adſtring. 145.
Cuprum, cooper / Venus.
Criſtalli, 12 42.
Tinctura, 16. 18.
Plumbum, loot / Saturnus.
Balſamum, 42.
Cryſtalli ſaturni nitrati, 91.
Saccharum ſaturni, 5. 10. 42. 75. 76. 91. 111.
Saturni nitratum, 91.
Stannum, tin / Jupiter.
Tinctura metallorum, 9. 18. 33. 96. 103. 112. 129.
Mercurius diaphoreticus jovialis, 16. 18. 52. 61. 66. 74. 78. 95. 96. 99. 107. 121.

Metallis finitima ſunt.

Argentum vivum, quick-ſilver / Mercurius.
Bezoard. mineralis, 10. 18. 26. 29. 30. 35. 36. 39. 45. 48. 52. 66. 76. 83, 95. 107. 130. 132. 138.
Mercurius dulcis, 9. 21. 26. 33. 39. 52. 55. 74. 114. 120. 126. 133. 150.
Præcip. alb. vulgaris, 51. 76. 117
Præcip. alb. purgans, 76.
Per oleum tart. præc. 52. 99. 121
Sublimatus, 118. 120.
Vivus, 51. 117. 122.
Vitæ, 33.
Vitæ correctus, 9. 21. 33. 39. 77 102. 126. 133. 150.
Cinnaberis, vermilioen.
Arcanum cinnab. nativæ, 16. 18.
Antimonium, ſpies glas.
Antimonium diaphoreticum, 10. 17. 30. 35. 36. 44. 45. 103.
Diaphoret. ſolaris, 10. 78. 83. 88 90. 95. 96. 97. 106. 126. 150. 132. 140.
Univerſale purgans, 77.
Crocus metallorum, 17. 42.
Regulus antim. medicinalis, 10. 16. 17. 18. 19. 26. 29. 35. 39. 49. 60. 61. 69. 70. 74. 75. 76. 78. 80. 83. 84. 88. 90. 95. 104. 107. 121. 126. 130. 132. 138.
Scoriæ reguli antimonii, 116. 117. 130.
Vitrum antimonii, 17. 77.
Vitrum antim. correctum, 17. 77. 80

Recrementa metallica.

Lithargirium auri, ſchuym van gout.
Auri, 40. 42. 51. 54 113, 116. 117
Tutia, metael onder coper gevonden. *Præparata*, 42.

5. *De Salibus.*

Sal commune, gemeen sout.
Sal commune, 46. 61. 75. 91.
Spiritus salis, 45. 97. 135. 199. 152.
salis dulcis, 58. 135. 140. 149. 152.
salis volatilis, 63. 64.
Nitrum, salpeter.
Sal nitri, 13. 17. 30. 45. 94.
Nitrum vitriolatum, 81. 83. 84. 85. 140. 150. 153.
Sal prunellæ, 29. 30. 46. 60. 61. 75. 76. 80. 83.
Spiritus nitri, 45. 66. 81. 94. 95. 135. 152.
Spiritus nitri dulcis, 61. 135. 149. 152.
Alumen, aluyn.
Crudum, 54. 76. 104.
Ammoniacum, armoniak-sout.
Sal ammon. 13. 41.
Spir. sal. amm. 6 8. 15. 16. 20. 40. 63. 69. 99. 103. 132. 147.
Sal. vol. oleos. & arom. 9. 45. 49. 78. 95. 105. 126. 128. 132. 138. 147.
Vitriolum, vitriool.
Oleum vitrioli, 16. 46. 76. 77. 120.
Spiritus vitrioli, 17. 36. 45. 46. 53. 66. 84. 97. 99. 135. 150.
Sp. vitriol. volat. 9. 81. 104.
Tinctura vitrioli, 17.
Vitriol. hungar. 120.

6. *De Sulphureis.*

Sulphur. swavel.
Sulphur. 13.
Balsama sulph. comp. 44. 58.
simpl. 50. 48. 66. 89.
anisata, 44. 66. 134.
juniperata, 66. 110. 134.
succinata, 41. 50.
Flores sulph. 64. 84. 122.
Ol. sulph. p. camp. 17. 36. 37. 46. 66 69. 81. 97. 99. 135. 141. 153
Tinctura sulp. 44. 58.
Ambra grisea, amber-grijs.
Ambra, 6.
Succinum, barn-steen.
Album, 6. 13. 21. 23. 43. 88. 89. 112. 119.
Oleum succ. 5. 12. 16. 21. 41. 43. 84. 86. 115. 117.
Sal volat. succ. 9. 21. 35. 48. 110. 112. 115. 116. 126. 127. 128. 132. 133.
Tinctura succ. 18.
Trachisci de succ. 142.
Sperma ceti, walvis saad.
Sperma, 62.

De VEGETABILIBUS.

Vegetabilia dividuntur in alterantibus & purgantibus, alterantia sunt aut primaria aut secundaria, sic etiam purgantia, sunt etiam ambo, aut nativa, aut præparata.

De Alterantibus primariis.

Absinthium, alsem.

Fol.

Fol. 125.
Ol. 101.
Sal. 69.76.94.96.106.133.137 138.
Succi. 43.
Acacia, **slegendoorn.**
Rob. 85.
Acetosa, **suuring.**
Fol, 56.
Acorus, **welriekende lis.**
Rad. 32. 69. 95. 96.148.
Agnus castus, **Kuyse lam.**
Sem. 119.
Alchimilla, **onser vrouwe mantel.**
Fol. 142.
Althæa *seu* bismalva, **heems** of **witte maluwe.**
Rad. 7.13.52 54. 87.110.113.
Fol. 7 13.52.
Farin. 52,55.86.
Syrup. alth. fernel. 66.91. 110. 115. 131. 135. 136. 140.143.
Alkekengi, **krieken van over zee.**
Bacc, 119.
Amygdala, **amandel.**
Ol. dulce, 42.54.108.110.134. 135.137. 138.144.
Angelica, **engel-wortel.**
Rad. 84.
Anisum, **anijs.**
Sem. 30.37.55.56.63.69.95.96 110. 125. 149.
Ol. 64 66.
Apium, **Juffrouw-merg.**
Rad. 104.
Aquilegia, **akeleye.**
Sem. 107.
Aristolochia, **hol-wortel.**
Rad. 129.
Arthemisia, **byvoet.**
Fol. 41. 125.128.129.
Aq. 126.
Sal. 9.125.128.129.
Syrup. 126.133.
Asparagus, **aspergies/ koraal-kruyt.**
Rad. 56.
Atriplex, **melde.**
Fol. 64.
Aurantium, **Orangie-appel.**
Cort. 70 79 85.111.148.149.
Ol. cort. 33.97.111. 129. 138. 149.
Succ. 149.

B.

BEtonica, **betoni.**
Fol. 7.8.69.
Bismalva, *vide* Althæa.
Berberis, **sauseboom.**
Succ. 67.97.145.
Bistorta, **herts-tonge/ slange-kruyt.**
Rad. 58.67.130.136.142,
Bryonia, **wilde wijngaart.**
Rad. 7.77.
Muscil. 50.
Borrago, **bernagie.**
Fol. 91.
Aq. 30. 35. 36. 44. 46. 61.76. 80 140.140.
Conserv. 37.61.82.
Brassica rubra, **roode kool.**
Fol. 64.86.

Branca ursina, beern-klaauw.
Fol. 7.
Buglossa, ossen-tong.
Flor. 36.61.75.

C.

CAlamus aromaticus, *vide* Acorus.
Calamintha, katte-kruyd.
Rad. 24.128.
Fol. 23 129.
Calendula, goutsbloem.
Acetum, 89.
Conserv. 37.61.
Capparis, capper.
Rad. cort, 8 32.99.125.128.
Carduus benedictus, gesegende distel.
Fol. 61.85.95.107.148.
Aq. 35 70.76.80.83.85.88.108
Sal. 8. 10. 18. 35.39.49.63.69. 75.76.78.94.99.104.125.126. 138.
Extract. 106.
Cariophillus hortensis, angeliertje.
Flor. 67.
Succ. 124.144.
Caryophillus aromaticus, kruyt-naagel.
Fruct. 23.43.88.95.96.111.
Ol. 23.46.50.102.104.121.151
Carum, carwey.
Sem. 96.104.
Ol. 26.39.126.
Centaurium minus, kleine centorie.
Fol. 32.63.79.99.148.149.
Cepa, ajuin.
Rad. 55.87.
Cerefolium, kervel.
Fol. 112.
Chamedrys, gamanderlijn.
Fol. 32.69.79.99.
Chamomilla, camille.
Flor. 7 12.13.23 52.
Ol. 7.52.55.
China, Chine.
Rad. 8.66.125.140.148.
China chinæ, Chine chine.
Cort. 78.79.
Cicer rubrum, roode cicer.
Rad. 107.108.
Cichoreum, cichorey.
Rad. 56.81.91.
Syr. de rheo. 30.98.
Citrium, citroen.
Cort. 69.79.85.111.125.148.149
Cort. cond. 69. 149.
Succ. 150.
Syr. 149.
Cinamomum, caneel.
Cort. 95.96.111.122.151.
Aq. 17.76.83.88.96.131.141.
Ol. 45.70.
Tinct. 124. 143.
Chelidonium, gou-wortel.
Rad. 99.
Cochlearia, lepel-blad.
Fol. 77.101.147.148.
Sp. 133.
Colubrinum, slangen-hout.
Lign. 79.
Contrayerva, tegen-gift-wortel.
Rad. 107.

Consolida major, waal-wortel.
Rad. 58. 66. 67. 119. 130. 136. 142.
Crocus, saffraan.
Flor. 10.19.26.35.40.44.49.54. 55.62.69.76.84 86.104.106. 107.108.111.124.
Tinct. 49.126.
Cuminum, cumijn.
Sem. 23.104.139.
Cupressus, cypressen-boom.
Nux. 151.
Cyanus, blaauw koorn-blom.
Flor. 36. 61.
Cydonium, quee-appel.
Caro. 85. 89. 130.
Syrup. 85.
Sem. 144.

D.

DAucus, croonkens-kruyd/ of wild pinsternakel.
Sem. 7.8 32 61.63.69.79.85.95. 98.99.110.128.129.149.
Dictamnus cretica, kandisch kraam-kruyd.
Rad. 84. 129.

E.

Endivia, endive.
Fol. 91.
Enula Campana, alants-wortel.
Rad. 8. 32 63.64.69.79.84.95. 103. 107. 128. 148.
Rad. cond. 85. 96. 129.
Syrup. 85.96.
Eupatorium, koninginne-kruyd.
Flor. 63. 99.
Eufragia, oogen-troost.
Aq. 42.

F.

Faba, roomse boon.
Sal. 110.
Fœniculum, venkel.
Rad. 66.107.129.140.148.149.
Sem. 8.23.30.32.37.49.55.56. 69.95.96.110.125.128.129.
Aq. 42.96. 138.
Ol. 52. 66. 104. 138.
Fœnum græcum, fenugreek.
Sem. 7. 61.
Far. 52.55.
Ficus, vige.
Fruct. 7. 54. 55. 87. 89. 107.

G.

Galanga, maag-wortel.
Rad. 95. 96. 148.
Glyzyrrhiza, soet-hout.
Rad. 8.55.58.91.107.110.121. 136. 140. 148.
Succ. 66.
Granatum, granaat-appel.
Cort. 54. 119. 131. 136.
Flor. balaust. 54. 152.
Guajacum, pokhout.
Cort. 7. 95. 128. 152.
Lign. 7.8. 32.57.63.78.99.125. 128. 148.
Ol. 118.
Res. 116.
Gramen, gras.
Rad. 91.

H.

Hedera terriſtres, honds-draf.
Fol. 142.
Hordeum, garſt.
Sem. 91. 92.
Far. 52.
Decoct. 30. 36. 37. 53. 55. 56. 58. 61. 81. 110. 136. 140. 142.
Hyoscyamus, bilſen-krupd.
Sem. 144.
Hypericum, St. Jans-krupd.
Flor. 58. 67. 136. 143.
Ol. 50.
Hyſſopus. hpſoop.
Aq. 64.
Syrup. 64.

I.

Iris Florentina, witte liſch.
Rad. 64.
Juglans, okker-noot.
Putam. 89.
Jujuba, Jujube.
Fruct. 55.
Juniperus, geneber.
Bacc. 13. 23. 32. 79. 85. 89. 101. 104. 113. 119. 128. 149.
Ol. 44. 84. 85. 102. 115. 116. 121. 128.
Rob. 89.

L.

Lavendula, labendel-blom.
Flor. 7. 148.
Ol. fl. 6. 9. 15. 18. 25. 26. 48.
Aq. 9. 10. 19. 45.
Lactuca, crop-ſla.
Fol. 91.
Sem. 119.
Laurus, laurier.
Bacc. 32. 79. 104. 128. 149.
Fol. 8. 23. 69. 129. 148.
Ol. 122. 122.
Leviſticum, labas.
Sem. 61.
Lilium, lelp.
Rad. 7. 52. 54. 87. 133.
Ol. 54. 122.
Lilium convallium, Mep-blom-kens / of een-blad.
Flor. 23.
Limonia malus, limoen.
Cort. 70.
Syr. 70. 76. 81. 82. 88. 89. 97. 140.
Linum, vlas.
Sem. 7.
Far. 55. 86.

M.

Majorana, magalepn.
Fol. 8. 12. 15. 23. 95. 148.
Aq. 9. 10. 19. 25. 26. 36. 38. 96. 126. 138.
Ol. 6. 9. 18. 95.
Malva, keeskens-krupd.
Fol. 7. 13. 52. 110. 113.
Mandragora, mandrager.
Cort. rad. 96.
Marrubium, witte andoren / of malrobe.
Fol. 99.

Matri-

Matricaria, moeder-kruyd.
Fol. 128. 129.
Melissa, confilje de greyn.
Fol. 12. 69. 85. 148. 149.
Aq. 18. 19. 30. 36. 44. 61. 76. 80. 83. 106. 140.
Conserv. 61.
Melilotus, heele steen-breek.
Flor. 52.
Mentha, munte.
Fol. 12. 104. 148. 149.
Aq. 9. 10. 19. 25. 26. 36. 44. 69. 74. 88. 96. 126. 128. 131. 137. 138. 141.
Ol. 18. 95. 151.
Syrup. 88. 97. 129. 138. 149.
Melo, meloen.
Sem. 110.
Mercurialis, bingel-kruyd.
Fol. 7.
Milium, geers.
Sem. 40.
Millefolium, duysend blad.
Fol. 130. 142.
Moschata nux, noot-muschaat.
Fruct. 23. 58. 78. 111. 134. 148.
Ol. 49. 50. 95. 96. 133. 135. 137. 138. 144. 151.
Macis, foely.
Macis, 32. 79. 94. 95. 125. 134.
Ol. st. 9. 30. 39. 48. 49. 74. 95. 96. 104. 111. 120. 126. 138. 144.
Ol. exp. 104.
Myrtus, myrte boom.
Syr. 67. 131. 142. 144.

N.

Nasturtium, thuyn-kers.
Sem. 63. 79. 147.
Nepeta, katten-kruyt / nepte.
Fol. 126.
Nicotiana, *seu* tabacum, tabak.
Caul. 6. 15.
Ol. 46.
Nigella, swarte cumijns-saat
Sem. 6. 15.

O.

Ononis, prang-wortel.
Rad. 111.
Origanum, groove mariolejn.
Fol. 104.
Ol. 46.

P.

Parietaria, glas-kruyt.
Fol. 7.
Palma, dadel-boom.
Dactyli. 54. 60.
Ol. 101.
Papaver album, thuyn-huul.
Sem. 115. 119. 144.
Syrup. 36. 37. 58. 66. 110. 140.
Papaver rheados, koorn-roos.
Syrup. 30. 44. 46. 61. 135.
Petrosolinum, peterseli.
Rad. 103.
Aq. 111. 112. 115.
Pimpinella, pimpinel.
Fol. 142.
Piper, peper.
Nigr. 23. 43. 75.
Alb. 47.

Plan-

Plantago, weeg-bree.
Fol. 130. 142.
Sem. 119.
Aq. 42. 67. 131. 141.
Polygonum, duysent-knoop.
Rad. 99. 142.
Portulaca, porceleyn.
Fol. 91.
Pulegium, polep.
Fol. 129.
Aq. 129.
Sal. 133.
Pyrethrum, bertram.
Rad. 23. 43. 47.
Pyrola. winter-groen.
Fol. 58.67.136.142.

Q.

Quercus, eiken-boom.
Fol. 54.

R.

Raphanus rusticus, peper-wortel.
Rad. 75.77.79.128.147.148.
Rapa, knol.
Ol. 86. 108.
Rosmarinus, roosmaryn.
Fol. 7.12.15.23.
Aq. 18. 45.
Ribes, aalbesjens.
Succ. 97.
Rob. 37,82.89.
Rosa, roos.
Flor. 6. 23. 40. 53. 54.70.116. 119. 131.142. 144.
Aq. 5. 30.36. 42.67.118.
Conf. 33. 39. 67.74.82,85.121. 126.130. 142.
Acet. 5.20.89.
Syrup. 58.112.141.142.
Mel. 53. 54. 55.144.
Ruta, wyn-ruyt.
Fol. 7.87.89.
Sal. 8.26.122.
Succ. 43.
Acet. 20.

S.

Sabina, savel-boom.
Fol. 126.
Ol. 41.125,130.
Salvia, sali.
Fol. 8.15.23.148.
Flor. 12.
Succi 43.
Conf. 69. 149.
Sambucus, vlier.
Flor. 12.40.53.54.116.
Cort. 75.
Acetum, 57.89.
Sanicula, sanikel.
Fol. 58.67.130.136.142.143.
Santalum, sandel hout.
Citrinum, 69.
Salsa parilla, vremde steeckende winde.
Rad. 8.57.65.121.124.135.140.
Satureia, boon-kruyd.
Fol. 64.
Saxifragia, steen-breeck.
Rad. 111.
Sassafras, sweet-hout.
Lign. 7. 8. 32. 57.63.69.78.95. 99.125.128.140.148.
Scabiosa, apostecm-kruyd.
Fol. 53.55.61.87.107.

Scolo-

Scolopendrium, milt kruyd.
Fol. 32.
Scordium, water-look.
Fol. 85.86:107 118.
Scorzonera, vergift kruyd/ slange kruyd.
Rad. 81. 84.
Scylla, zee-ajuyn.
Oxymel. 8. 63.99.103.125.129. 140.148.
Solanum, nagt-schaade.
Aq. 5.
Stœchas, vremde lavendel.
Flor. 8. 12.
Syr. 21.45.48.69.88.148.
Symphytum, seu consolida, waalwortel.
Syr. 58.67.130.136.141.

T.

Tabacum, vide Necotiana.
Tamariscus, tamarisch.
Cort. 8. 32. 63.78.99.128.148. 149.
Sal. 99.
Taraxicum, wilde cichorey.
Fol. 53.
Thymus, thijm.
Fol. 23.148.
Ol. 18.
Tormintilla, tormentill.
Rad. 67.130.136.142.
Triticum, tarw.
Far. 86. 87.
Panis, 42.61.
Medull. panis, 40.61.
Sp. panis, 42.
Ferm. panis, 87.
Tussilago, hoef-bladeren.
Fol. 58. 64.
Syrup. 58.

V.

Valeriana, thuyn valeriaan.
Rad. 129.
Verbascum, woll-kruyd.
Fol. 41.
Viola, violet.
Fol. 55.61.
Ol. 7.
Syr. 17. 36. 56. 61. 81. 84. 91. 142.144.
Vitis. druyven-boom.
Pass. maj. 55. 58. 92. 121. 156. 140.142.
Pass. min. 61.91.92.

Z.

Zedoaria, sever-wortel.
Rad. 95.
Zinziber, gengber.
Rad. 64.95.96.98.
Conf. 96.

De Alterantibus secundariis.

Acetum, asijn.
Vini, 13. 41. 47. 54.62.86.89. 116.
Still. 51.113.117.
Gummi ammoniacum.
Gum. 64. 86.
Gummi Arabicum.
Gum. 119.135 144.
Assa fœtida, duyvels-dreck.
As. 6. 132.

Balsamum, balsem.
Cobaiba, 110. 115.
Peruvianum, 115.
Benzoin, welriekende Assa.
Benz. 23.133.
Bdellium, 64.
Camphora, camper.
Camph. 5. 10.12.29. 35.40.42. 44. 60. 62.75.75.83.84.90. 108.116.132.
Gummi elemni, elemi-gom.
Gum. 50.
Fuligo, Roet.
Ful. 75. 118.
Sp. 6.15.132.
Gummi Galbanum,
Gum. 12.62.86.
Mastiche, mastick.
Gum. 13. 23.23.43.51.88.117. 119. 145.
Ol. 151.
Myrrha, myrrhe.
Myr. 44. 84.89.
Olibanum, seu thus, wierook.
Olib. 23. 51.89.117.
Opium, Turcks-huulsap.
Crud. 5.42.47.62.
Laudan. 30.35. 36. 39. 44. 48. 60.67.69.76.81.96.131.137 138.140.141. 144.
Tinct. opii cum sale pr, 17.18.19.30. 35.36.44.49.61.65.75.76.81 95.135.137.139.140.141.
Tinct. opii cum acido pr. 130.149.
Pix, pik.
Pix, 86.
Terebinthina, terbentijn.
Oleum, 12.44.50.86.110.111. 115.116.117.119.134.135. 144.
Res. 49.50.86.105.115.119.
Sapo. 110.
Saccharum, suiker.
Sacc. 32. 36. 64. 66. 67.94.96. 125.
Candiss. 42. 61.64.
Styrax liquida seu assa dulcis.
Styr. 122. 133.
Tartarus, wijn-steen.
Crud. 56.81.100.111.150.
Sal. tart. 94. 111.
Cremor tart. 30.37.55.81.82.97. 100. 150.
Sp. tart. vol. 12.
Sp. tart. rect. 9. 40. 104.138.
Oleum tart. p. deliq. 30. 37. 55. 98.103.120.138.
Tart. vitrolatus, 9.25.26.35.36. 76.85.97.98.100.102. 126. 129.150.
Tart. chalybeatus, 100.
Thus, *vide* Olibanum.
Vinum. wijn.
Gallic. 7.8.73.19.23.32.41.54. 56. 69. 75. 77. 79. 89. 104. 116.129.148.
Rhenanum, 85
Hispanicum, 79.
Tinctum, 143.
Rubellum, 119.
Enulatum, 102.
Abs. enulatum, 89. 124.
Catharticum rulandi, 25.
Chalybeatum, 113. 125.

Sac-

Saccharatum, 49. 78. 115. 138.
Sp. vini, 12. 26. 32. 40. 50. 62. 69. 77. 79. 95.
camp. 54. 116.
theriac. camp. 9.
carm. sylv. 96. 138.
malves. 111.
anisat. 134.
juniperat. 112. 134.
Cerevisia, bier.
Cerevisia, 52. 55. 66. 75. 110. 121. 135.
Sapo, seep.
Ven. 40.
Massiliensis, 110.

De purgantibus primariis.

Agaricus, uytgroeysel van de lorken-boom.
Agar. 121.
Res. 26. 36. 48. 64. 129.
Troch. 51. 56. 79.
Carthamus, wilde soffraan.
Sem. 7.
Cassia fistula, pijp. cassi.
Medulla. 91. 112. 115.
Colocynthis, kologuint.
Pulpa. 121.
Troch. alh. 8. 9. 21. 26. 33. 39. 74. 102. 115. 120. 126. 139. 150.
Elleborus niger, swarte nies-wortel.
Rad. 15.
Elleborus albus, witte nies-wortel.
Rad. 23. 43.
Esula. wolfs-melck.
Extract. 104.
Jalappa, swarte purgeer-wortel.
Rad. 98.
Res. 9. 25. 36. 39. 48. 74. 64. 102. 103. 120. 129. 133.
Rhabarbarum *seu* rheum mele-soen-wortel.
Rad. 30. 37. 55. 81. 98. 112. 119. 141.
Tostum. 144.
Extract. 48. 99.
Sennæ, seneblaeden.
Fol. 30. 37. 55. 56. 79. 81. 98. 112. 121.
Turpethum, vreemde purgeer-heemst.
Rad. 56. 64. 79.
Sp. diaturb.
Tamarindus, tamarijn.
Fruct. 81. 91.

De Purgantibus secundariis.

Aloë, paarde aloe.
Lucida, 44. 48. 84. 133.
Rosata, 9.
Euphorbium, sap van toortse van peru.
Succ. 49.
Gutta gamba, ghitta jemou.
Gutt. 103.
Manna, Man.
Man. 37. 55. 112.

Scammonium, est succus.
Diagridium, 21.30 55.133.141.
Diag. sulph. 120.
Resina, 9.25.74.

De Animalibus.

Agnus, Lam.
Omentum, 108.
Sevum, 135.
Alces, Eland.
Oleum, 6.
Aper, Wilt varken.
Dentes, 60.
Bos, Vacca, Os / Koe.
Butyrum, 52.54.87.110.
Lac. 42.43.62.115.118.144.
Serum lactis 144.
Ser. lact. chalyb. 90.
Caper, bock.
Sanguis, 111.
Capri cerva Orientalis.
Lapis bezoar. 107.
Castor, bever.
Castorium, 6. 9.10.20.21.23. 48.132.133.
Tinct. 128.129.133.
Catus zibethinus, civet kat.
Zib. 133.
Cervus, een Hart.
Axung. 12.
Corn. cerv. 81.84 132.
Corn. cerv. ust. 85. 107. 108. 142.
Sal. vol. 10. 15.18.20.35.40.45. 49. 88.
Spiritus, 6.12.45.
Oleum, 5.12.
Elephas, Olyphant.
Sal vol. eboris 18. 88.
Homo, Mensch.
Urinæ spiritus, 6.
Sal. 20.45.132.147.
Sanguinis spir. 6.
sal. 15.147.
Axung. oleum, 12.
Axungia, 43.
Cerebri spiritus, 15.
Mumia. 66.
Tinct. 91.
Moschus, musch-geyt.
Mosch. 6.15.70.122.133.
Ovis, een Schaap.
Stercus, 107.
Porcus, een Vercke.
Axungia, 51. 108. 117. 120. 122.
Vervex, een Hamel.
Omentum, 61.
Jus., 143. 144.
Vipera, een Adder.
Axungia, 43.
Sal vol. 88.

De Avibus.

Columba, Duyf.
Stercus, 87.
Corvus, Raave.
Cin. 18.
Gallina, een Hen.
Ovi albumen, 67.
Vitel. 9.25.36.40.43. 52.55 74.86.118.129.143.144.
Testa, 24. 110. 112.

Hirundo

Hirundo, een Swaluwe.
Nidus, 54.

De Piscibus.

Cancer, een Kreeft.
Oculi cancri, 17. 26. 30.35.40. 44.45.48.60.61.65.69.76. 83.84.88.94.96.107.110. 112.115.116.121.126.132. 137.138.147.
Blanta bizantia.
Conchylium, 65.94.110.112.130 132.137.
Lucius, een Snoeck.
Mandib. 60.

De Insectis.

Apis, Bye.
Cera, 43.49.51, 62.86.117.122. 144.
Cera oleum, 50.61.62.
Mel, 43.50.58.63.86.87.118.
Hydromel, 63.148.
Elixir mellis, 44.63.66.
Limax, een Slecke.
Liquor, 66.
Scorpio, Schorpioen.
Ol. 87.112.
Vermes majales, pier wormen.
Tinct. 113.115.

De Compositis.

Aqua.
Prophylactica, 83. 84.
Theriacalis simplex, 35. 83.96.
Vita Matthioli, 45.49.101.103.
Balsamum ant'apoplecticum, 6.21.
Italicum, 50.
Ceratum de cumino, 12.41.61.
Lætificantis Galeni.
Confectio de hyacinthis, 18.19. 26.30.35.39.48.49.61.75.80. 83. 92.95.97.104.107.126. 137.140.
Alkermis, 49.80.83.84.88.95. 107.142.
Diaphoritica.
Diascordium fracc. 18.30.35.39. 40.48.60.61.69.75.81.83. 85.95.96.106 108.137.138. 140.142.144.
Mitridatum, 88.
Theriaca, 10.35.40.52.60.69. 78. 83. 85. 87. 88.95.96. 99.103.106.116.121.122. 126.138.142.
Electuaria.
Diaphœnicum, 7.
Diacatholicum, 7.25.
Hiera cum agarico, 25.
De succo rosarum, 48.
Cario-castinium, 39.102.
Orvientanum, 88.
Eleo saccharum, 124 130.
Elixir regii, 45.70.88.94.124. 125.
Antinephriticus, 111.
Paracelsi cum sale, 49.58.89. 124.147.
cum acido, 64.84.
Magni thyconis, 84.
Emplastrum vigonis de ranis cum trip. vel quat.

Mercurio, 12.41.117.
Nureburgense, 41.
Diacholum cum gummi, 66
Magnetum arsenicale, 67.
Diasulphuris rulandi, 90.
De mastichi, 144.
Extractum catholicum, 9.21.35.
52.74.102.115.120.126.
Nostræ descriptionis, 74. 102.
Rosarum, 9.
Elaterii,
Oleum philosophorum, 62.105.
Pilulæ de cynaglossa, 43.65.135.
140.141.
De stechade, 44.131.141.
Ruffi, 89.
Gummi, 99.129.
Spadanæ eligmanni, 99.129.133.
Pulveres & species,
Diacurcuma, 129.
Diamoschi, 149.
Diatragacantha, 67.91.130.
136.
Dianthos, 20.69.149.
Diaderabatis, 20.
Diambræ, 20.69.85.149.
Diagalangæ, 96.
Aromatica ros. 20.96.
Liberantis, 85.
Hali contra tabem, 67.
Diaturbito, 26.
Unguentum nutritum. 113.
Martiatum, 12.62.105.
Nervinum, 12. 62.
Populium, 62.
Apostulorum, 86.
Basilicum, 86.87.
De arthanita, 101.
Diacholum cum gummi, 86.

FINIS.





